BHAGAVAD - GITA.

॥ श्रीभगवद्गीता ॥

BHAGAVAD-GITA

ID EST

ΘΕΣΠΕΣΙΟΝ ΜΕΛΟΣ

SIVE

ALMI CRISHNAE ET ARJUNAE

COLLOQUIUM

DE REBUS DIVINIS.

TEXTUM RECENSUIT,

ADNOTATIONES CRITICAS ET INTERPRETATIONEM LATINAM

ADIECIT

AUG. GUIL. A SCHLEGEL.

EDITIO ALTERA AUCTIOR ET EMENDATIOR

CURA

CHRISTIANI LASSENI.

BONNAE

PROSTAT APUD EDUARDUM WEBER,

BIBLIOPOLAM.

MDCCCXLVI.

EDITIONIS PRIORIS DEDICATIO.

VIRO ILLUSTRISSIMO,

LIBERO BARONI

STEIN AB ALTENSTEIN,

POTENTISSIMI AC CLEMENTISSIMI REGIS BORUSSIAE MINISTRO,

RERUM ECCLESIASTICARUM ET PUBLICAE ERUDITIONIS

PER REGNUM BORUSSICUM PRAESIDI,

GENEROSO OMNIUM DOCTRINARUM FAUTORI,

ACUTISSIMO LITTERARUM ARTIUMQUE ELEGANTIORUM

ARBITRO,

PATRONO SUO OPTIMO,

HANC EDITIONEM

CARMINIS

MAGNA SANCTITATIS FAMA PER INDIAM CELEBRATI,

PRISCA ILLA ET SEVERA GYMNOSOPHISTARUM SAPIENTIA

REFERTI,

STUDIORUM SUORUM IN LINGUAM BRACHMANUM SACRAM

COLLATORUM PRIMITIAS,

OBSEQUENTISSIME

D. D. D.

EDITOR.

LECTURIS

S. P. D.

CHRISTIANUS LASSEN.

Quomodo factum sit, ut Schlegelii editio Bhagavadgitae haec altera, iamdudum promissa et desiderata, nunc demum in lucem prodeat, si erunt qui comperire cupiunt, rem paullo altius repetam et a priori editione initium faciam praefationis, breviori usurus de hac sermone, explicatiori de illa, eiusque fatis, subsidiis ac rationibus.

Prior editio vulgata est anno MDCCCXXIII., in qua adornanda quae ad manum habuerit Schlegelius adiumenta critica et quod secutus sit consilium, non opus est h. l. exponere, siquidem satis copiose ea de re ipse disseruit in praefatione, quam ego nunc iterandam curavi; id vero silentio praetereundum non est, nullum ex Indicis litteris librum eligi potuisse a Schlegelio aptiorem, quo commodis studiorum Indicorum paulo ante in Germania inchoatorum consuleret, vel digniorem, in quo emendando et interpretando ingenii sui acumen exerceret, quove peritiam quam sibi comparaverat, linguae Indicae eruditis probaret. Hanc autem, quam tribuo Bhagavadgitae laudem si quis iusto maiorem esse opinetur, ei in memoriam revocare liceat iudicium, quod de hoc libro tulit Vir illustrissimus, Indicarumque aeque ac multarum aliarum litterarum peritissimus, Guilelmus ab

Humboldt, qui, certum mihi videtur, inquit, pulcerrimum esse hoc Bharateae episodium et haud scio an unicum vere philosophicum carmen, quod in ulla lingua nobis cognita exstet. *) Eius gravitate ac pulcritudine quum summopere delectaretur Schlegelius, omni studio enisus est, ut editoris munere in carminis emendatione et enarratione rite perfungeretur. Nec frustra id egit; textum enim, in editione Calcuttensi principe multis vitiis inquinatum librorum manu scriptorum ope ita castigatum exhibuit, ut paucissimos tantum locos secundis curis retractandos relinqueret; interpretationem Latinam si ex veritate aestimare volumus, reputare debemus, illo tempore praeter versionem Anglicam Caroli Wilkinsii, quam merita laude commemorat, et scholia Çrîdharasvâminis in caput secundum, quae ex codice Parisino descripserat, nulla Schlegelio in promptu fuisse adiumenta; utilissimam autem sive potius prorsus necessariam esse ad recte intelligendum librum, qualis est Bhagavadgita, cognitionem commentariorum enarratorum indigenarum, nemo huius rei peritus infitias ibit. Neque edita tunc fuere scripta, quibus postea ab eruditis Europaeis praeclare explicata sunt placita philosophorum Indicorum. Huc accedit, admodum difficile esse, notiones Indicas philosophicas, tantopere a Romanorum ingenio alienas, perspicue et sine circumlocutione exprimere sermone Latino, quo post editam anno MDCCLXXXVIII. in academia Gottingensi de geographia Homerica commentationem ad scribendum non usus fuerat Schlegelius.

*) Vid. *Indische Biblioth.* II, p. 219. *Opp. Collect.* I, p. 111. Similiter in dissertatione Academica, quae: *Ueber die unter dem Namen Bh. G. bekannte Episode des Mahâ-Bhârata,* inscripta et *Actt. Reg. Acad. Berol.* ex annis MDCCCXXV. inserta est, p. 54. *Opp. Collect.* I, p. 96.

Quibus rebus perpensis, non possumus quin assentiamur eis laudibus, quibus hanc versionem extollit Vir ill. G. AB HUMBOLDT *), simplicitatis, brevitatis, gravitatis, perspicuitatis, elegantiae, sinceraeque Latini sermonis indolis virtutes ei attribuens; neque indignam eam censemus sociam praeclararum illarum versionum in sermonem vernaculum factarum, quibus antea gloriam perennem sibi comparaverat Schlegelius.

Non alienum denique ab hoc loco videtur de hac editione Bhagavadgitae commemorare, primum fuisse librum, qui in terris Europae continentibus exscriptus fuerit typis Devanagaricis, quorum supellectile Regia munificentia, Schlegelio suasore, eorumque conficiendorum curatore, Academiam Rhenanam paullo antea donaverat.

Novam editionem haud ita longe post meditari coepit Schlegelius, in qua praeparanda recte censuit, id praecipue esse agendum, ut interpretatio recognosceretur, quum textus carminis paucissimis exceptis locis ad veram scripturam iam revocatus videretur. Subsidia autem interpretationis longe utilissima ex commentariis scholiastarum petenda esse quum intellexisset, ea circumspicere instituit et oblata opportuna occasione, dum mensibus hiemalibus annorum MDCCCXXXI et MDCCCXXXII. Lutetiae Parisiorum commorabatur, totum Çrîdharasvâminis commentarium in Bhagavadgitam ex codice bibliothecae Regiae descripsit. Mox ex itinere redux novoque hoc subsidio instructus, textum libri diligenter recognovit, versionem Latinam emendavit, annotationes prioris editionis retractavit, novasque addidit et tanta quidem

*) *Ind. Bibl.* II, p. 247. *Opp. Coll.* I, p. 136. Similibus laudibus praedicavit eam in dissertatione mox laudata, p. 7. *Opp. Coll.* I, p. 34.

cum industria, ut ante hos XII. annos duodecim priora folia huius editionis typis expressa essent; tum autem, prementibus quum aliis laboribus, tum praecipue versionis primi Râmâyanae voluminis absolvendae negotio, operam Bhagavadgitae navandam intermittere licet satis aegre coactus fuit.

Edito anno MDCCCXXXVIII. primo versionis Rameidos volumine, Bhagavadgitae editionem resumere et adnotationem continuare incepit. In quod negotium tamen quum propter molem aliorum laborum qui instarent, operam tantum subsecivam impendere posset et frequentibus moris detineretur, accelerandi operis caussa socium negotii sibi adiungere constituit. Mihi itaque desiderium suum significavit, ut coniunctis viribus opus conficeremus. Cui viri illustrissimi et magistri summe venerandi optato respondi, nil mihi fore gratius et sanctius. Ita autem communem laborem inter nos dispertivimus, ut ille praefationem scriberet, ego adnotationes suppeditarem ad eos locos, ad quos in eius schedis nil adnotati reperirem vel aliquid addendum esse sentirem, et indices pararem, quos editioni suae adiicere decreverat. At vero hanc conditionem impetravi, ut nihil prelo traderem, nisi antea ab eo inspectum et approbatum fuisset. Quae conditio, etsi operi multum sane profuit, tamen in caussa fuit, cur tum propter valetudinis infirmitatem, qua saepius hisce annis premebatur Schlegelius, tum propter molem et diversitatem aliorum laborum, quos in se susceperat, tardius progressum sit opus et nondum ad finem pervenerit, quum morte litteris ereptus est vir desideratissimus.

Iam de subsidiis criticis dicam, quibus in adornanda hac editione usus est Schlegelius. De quattuor codicibus *Parisinis*, ex quibus tota scripturae varietas in schedis eius enotata exstat, non attinet h. l. dicere, quum ii

descripti sint in praefatione prioris editionis. His posthac accessere octo *Londinienses*, ex quibus septem in bibliotheca aedium Indicarum asservantur, octavus in Museo Britannico; omnes litteris Devanagaricis exarati sunt. Inter priores duo ex libris *Gaikavari* regis sunt; constat hoc cognomine dici reges Guzeratenses stirpis Mahratticae. Hos Schlegelius ipse olim evolvit; unus is est, cuius mentio iniecta est in adnotatione ad dist. XVIII, 78., alter पञ्चरत्नानि sive quinque Bharateae *gemmas* continet, quarum una habetur Bhagavadgita. *) Ceteros ego cum editione Schlegeliana contuli, non totos tamen, sed eos tantummodo locos, in quibus aut varietatem scripturae alia exempla praebuerant, aut in suspicionem quandam mihi venerat lectio vulgata. Horum codicum brevem notitiam in medium proferre ab huius praefationis consilio non alienum videtur, quandoquidem ii, quantum sciam, V. V. D. D. adhuc ignoti remanserunt, ex eorumque cognitione historiae Bhagavadgitae aliquid novae lucis affertur.

Primo inter hos loco qui commemoretur omnino dignus est codex, qui Çankarák'árjae, celeberrimi philosophi, enarrationem Bhagavadgitae, titulo apposito *Bhâshja* **) inscriptam, praebet; ***) incipit ea non a

---

*) Ceterarum nomina praebet V. Ill. Wilso in *Catal. collect. Mackenzie*, I, p. 58. Hae ad librum XII., sive *Çântiparvan* referuntur.

**) भाष्य praecipue de explicatione sensus et usus regularum technicarum sive *sûtrarum* atque librorum doctrinalium usurpatur. Vid. Lexic. Wils. s. v. Eodem titulo insignitur explicatio Bhagavadgitae a *Mâdhavâk'ârja*, conditore sectae Vishnuiticae eius nomine etiam dictae, scripta. Vid. V. Cl. Wilsonis dissert. de *Sectis Indicc.* in *As. Res.* XVI, p. 101.

***) Inscriptio in fine haec est: इति श्रीमत्परमहंसपरिव्राजकस्य

primo poematis disticho, sed a II, 11, quod a multis scholiastis pro vero initio habetur atque inde बीज sive *seminis* Bhagavadgitae nomen traxit; continuatur nimirum inde ab eo disticho demum disputatio de rebus philosophicis inter Krishnam et Arg'unam. Huius commentarii mentionem iam fecit V. cl. Wilso. *) Et hunc codicem atque quattuor proxime sequentes Vir illustrissimus Colebrookius dono mercatorum Indicorum bibliothecae dedit. Principatum inter scholiastas Bhagavadgitae *Çankarae* esse tribuendum, posthac apparebit.

Quartus codex *Londiniensis* opus exhibet arcto vinculo cum antecedente coniunctum; id enim scripsit Çankarae discipulus Anandagiris titulo *Tîkâ* sive commentarii eo consilio, ut magistri enarrationem illustraret. In exemplari, quod mihi ad manus fuit, desunt initium et finis; aliud integrum posthac in bibliothecam istam illatum fuisse litteris amici nuper edoctus sum. **)

(sic) शंकरभगवतः कृतौ (sic) श्रीगीताभाष्येसु (sic) पनिषत्स्वष्टादशो ऽध्यायः ॥ Quum multum mea interesset, certiora de Çankarae commentario edoceri, valde opportune accidit, ut iuvenis mihi amicissimus, Indicarumque litterarum studiosissimus, Carolus Rieu, Genevensis, modo Londini commoraretur, qui a me rogatus, ut codicem, ex quo ego solam inscriptionem finalem olim enotaveram, accuratius inspiceret, prompte quod optabam praestitit. Perlustravit enim titulos singularum lectionum et exemplum hoc cum alio ex collectione *Tayloriana* no. 1802. contulit, quod prorsus cum illo convenire me docuit. Tituli hunc in modum variantur: श्रीमच्छंकराचार्य श्रीभगवद्गीताटीका etc., श्रीगोविन्दपादपूज्यशंकराचार्य etc.

Eiusdem viri humanitati etiam notitiam alterius exempli commentarii *Ânandagiris* debeo.

*) l. l. XVII, p. 179.

**) Caput IV. in priori exemplo ita inscriptum est: इति

Quintus Bhagavadgitae codex praebet cum textu commentarium Madhusúdanae, de quo mox explicatius dicam; *sextus* alium, cui index est: *Sarvagítártha-Sangraha*, i. e. comprehensio totius Gitae argumenti, omisso nomine scriptoris, quod in catalogo librorum Colebrookii hisce verbis significatum repperi: गीताटीका भगीरथीकृता sive enarratio Gitae a Bhágírathe facta. Scripta ea est lingua quadam vulgari recentiori Sanscriticae originis, quam accuratius definire eo tempore nequivi.

Septimus codex tenet versionem Bhagavadgitae in aliam similem dialectum recentiorem, ea ratione comparatam, ut cuique disticho Sanscritico adiecta sit interpretatio. A qua re originem traxit titulus eius Sanscriticus *Samaçlóki* *) i. e. enarratio Bhagavadgitae pari distichorum numero circumscripta. Nomen auctoris Pártha-Sárathi est.

Codex *Musei Britannici* totam Bharateam comple-

श्रीमच्छारीरकमीमांसाभाष्ये श्रीमच्छंकरभगवत्पादकृतौ चतुर्थाध्यायस्य चतुर्थः पादः समाप्तः। qui titulus in errorem inducere posset, quasi esset commentarius in magnum et notissimum Çankarae opus. Nomen auctoris et argumentum libri docuit Colebrookii nota haec: *Annotations on Sankara Acharya's comment on the Gítá by Ânanda Giri.* Alterius codicis inscriptio initio audit: भगवद्गीताशंकरभाष्योपरिटीका। in fine: इति श्रीमदानन्दगिरिश्रीचरणविरचितायां भगवच्छंकराचार्यकृतभगवद्गीताभाष्यटीकायां etc.; in fine capitum: इति श्रीमदानन्दगिरिविरचितायां भगवच्छांकरीय भगवद्गीताभाष्यटीकायां etc. Textus desideratur in priori exemplo.

*) Ita inscriptus est in fine liber: इति श्रीभगवद्गीताटीका समश्लोकी संपूर्णा (l. णा). Nomen auctoris ex hisce verbis erui: इति टीका समश्लोकी श्रीपार्थसारथीकार्ता वामनजोमनोरथी; corrigendum est वामनजनमनोरथी. *Párthasárathi* quum significare possit Krishnam, fortasse nil est, nisi circumlocutio huius nominis.

ctitur, inserta suo loco Bhagavadgita; is olim Viri cl. Halhedi fuit.

His denique accedat mentio fragmenti codicis, quod mecum communicavit Vir cl. Theodorus Benfey, quum aliquot abhinc annis Gottingae eo consilio agebam, ut thesauros bibliothecae Academicae ad usus meos converterem. Insunt tantummodo capita XVI et XVII. Adiecta est textui explicatio *Bhâvârthadîpikâ* sive illustratio veri Bhagavadgitae sensus, dialecto quadam Hindica a *G nánadéva* composita.

De codice micrographico, quo ad confirmandam emendationem ultimi distichi usus est Schlegelius, ipse dixit in adnot. p. 254.

Recensitis codicibus, verba facienda sunt de duobus commentariis, quibus uti nobis licuit. Prior *Subôdhinî* i. e. intellectu facilis appellatus, iam notior est et brevi expediri potest. Scripsit eum Çrîdhara-Svâmin, etiam Çrîdhara-Yati et pleniori forma Çrîdhara-Svâmi-Yati dictus; postrema appellatione ipse utitur in epilogo libri sui. *)

---

*) Epilogus ab hisce versibus incipit:

तेनैव दत्तया मत्या तद्गीताविवृतिः कृता ।
स एव परमानन्दस्तया प्रीणातु माधवः ॥
परमानन्दपादाब्जरजःश्रीधारिणाधुना ।
श्रीधरस्वामियतिना कृता गीता सुबोधिनी ॥

Prius distichon ad deum Vishnum esse referendum, patet; alterius versu priori magister significatur; nam quod dicit, pulverem loti pedis Paramânandae a se tanquam signum felicitatis gestari, nil aliud est, quam artificiosa paraphrasis appellationis usitatioris पादपूज्यशिष्य, qua dicitur discipulus pedes magistri venerari. Çrîdhara-Svâmi vulgata est forma, de Çrîdhara Yati cf. not. seq.

Fuit discipulus Paramânandae et praeter Bhagavadgitam etiam *Bhâgavata-Purân'am* ac fortasse partem *Vishnupurânae* explicuit. *) Vixit itaque post annum MCCLXX, si eo tempore scriptum est Bhâgavata-Purâna; hoc autem accurata et luculenta disputatione ex mea quidem sententia demonstravit Burnoufius; ante annum MCCCCLXXII. mortuum esse, verisimile est. **) In enarranda Bhagavadgita *Çankarae* auctoritatem omnibus aliis anteponit, proximo loco habet eos, qui eius scholiis explicandis operam suam navaverunt; atque id consilii potissimum secutus est, ut brevem et intellectu facilem concinnaret Bhagavadgitae interpretationem. ***) Valde praestabile est

---

*) Cf. Wilsonis praefat. ad *Vishnu Pur.* p. LXXIV. Çridhara-Yati tribuitur commentarius in Vishnupurânae libb. I., II. et V. in duobus codicibus, in aliis alii scholiastae. H. l. magister Parânanda appellatur, nisi fallor, scribarum errore pro Paramânanda.

**) Cf. Burnoufii praef. ad *Bhâgavata Pur.* I, p. CI. Mortuum esse Çrîdharam ante 1472. annum, inde concludi licet, quod eius commentarius in Bhâgavatam laudatur in codice, eo anno exarato. Vid. Burnoufii praef. l. l. p. CLX.

***) Quae supra protuli, hisce *Çrîdharae* verbis probatur. Praefat. distt. 3. et 4.

भाष्यकारमतं सम्यक्तद्व्याख्यातृगिरस्तथा ।
यथामति समालोड्य गीताव्याख्यां समारभे ॥ ३ ॥
गीता व्याख्यायते यस्याः पाठमात्रप्रयत्नतः ।
सेयं सुबोधिनी टीका सदा ध्येया मनीषिभिः ॥ ४ ॥

Cod. Berol. 3, b. manifesto errore: व्याख्यातु हरिर्यथा । — 4, b. पाठमात्रादयत्नतः । quod iusto gloriosius dictum esset. — Sensus est: »Sententiam auctoris *Bhâshjae* omnino, itidem sermones eorum, qui eam explicuere, pro meo iudicio inter se commiscendo Gitam interpretari aggredior. Enarratio haec in-

Çrîdharae opus; enarratio est brevis, licet satis copiosa, et perspicua; apte enodatur nexus sententiarum, accurate explicantur vocabula, quae egent illustratione, silentio praetermissis, quibus non opus est. Sani et probi iudicii interpres est Çrîdharas neque in disputationes a proposito alienas digreditur. Non minori dignum esse laude eius commentarium in Bhâgavatam, testis est Burnoufius. *)

Praeter apographum codicis Parisini ad manum habuit Schlegelius aliud exemplar bibliothecae Berolinensis.

Admodum diversus a Çrîdhara est scholiastes alter, cui nomen est Madhusûdanae cognomine Sarasvatî, quo docemur eum asseclam fuisse sectae Çivaiticae *Dan'd'iorum* sive *Daçandmiorum*, quae a Çankara origiuem duxit et doctrinam Vêdânticam profitetur. **)

Discipulus fuit Viçvêçvarânandae sive Viçvêçvarae ***)

---

tellectu facilis semper consideranda est a sapientibus, utpote qua, dum modo intento animo legatur, Gita explicetur.«

Brevitatis studium hisce scholii ad XIII, 19. verbis probatur: शंकरभगवद्भाष्यकृद्भिरतिप्रबन्धेनोपपादितं ग्रन्थबाहुल्यान्नास्माभिः प्रतन्यते ॥ Verba ग्रन्थबाहुल्यात् desunt in Cod. Par.

*) l. l. p. CLXV.

**) De qua secta consulenda est praeclara Wilsonis dissertatio *de sectis Indicis* in *As. Res.* XVII, p. 181.

***) Utrique nominis formae adiicitur cognomen *Sarasvatî.* Formam priorem et, nisi fallor, veriorem profert Colebrookius, *Miscell. Essays* I, p. 337. Altera exstat in inscriptione commentarii Madhusûdanae in Bhagavadgitam; quae ita se habet: इति श्रीमत्परमहंसपरिव्राजकाचार्य श्रीविश्वेश्वरसरस्वतीपादपूज्यशिष्य श्रीमधुसूदनसरस्वती etc. In epilogi dist. 5. tertia forma exstat: *Çrî-Râma-Viçvêçvara:* श्रीरामविश्वेश्वरसाधनानां। प्रसादमासाद्य मया गुरूणां। व्याख्यानमेतद्विहितं सुबोधं समर्पितं तच्चरणाम्बुजेषु ॥

et innotuit tum pluribus scriptis philosophicis, tum commentariis in libros aliorum *); praeter Bhagavadgitam etiam *Bhágavata-Purán'am* instruxit commentario, cui index est *Bhakti-Rasájana.* **) Hinc consequitur, ut aetate posterior sit ultimis saeculi p. Chr. n. decimi tertii lustris. Accuratius definiri posset eius aevum, si certum esset, eum non diversum esse a grammatico eiusdem nominis, qui a Sâjanâk'ârja ***) laudatur et scholia in Vôpadêvae grammaticam edidit. †) Tum enim ante initium regni regis *Bukkae*, patroni fratrum Mádha-

---

*) Commemorat Colebrookius ex scriptis eius de philosophia Vêdântica duo: *Vêdánta-Siddhánta-Vindu* et *Vêdánta-Kalpalatiká*, l. l. p. 337., quae explicata sunt a Brahmânanda-Sarasvatî, discipulo Nârâjan'a-Tîrthae. Ibid. p. 334. 337. Scripsit Madhusûdanas praeterea opus *Prasthána-Bhêda* inscriptum. Vid. Colebr. l. l. I, p. 13. p. 19. quo de divisione disciplinarum tractat.

**) De रसायन cf. Wilsonis *lex.* s. v. no. 3. ubi definitur: remedium senectutem arcens, longaevitatem conferens, quod in Alchemia *elixir vitae* dicitur. Reddi itaque potest titulus medicina sive remedium fidei. Laudatur liber in praef. Burnoufii ad *Bhág. Pur.* I, p. LXV. Ipse Madhusûdanas ad eum refert lectorem in schol. ad *Bhag. G.* XVIII, 65. एतच्च भक्तिरसायने व्याख्यातं विस्तरेण.

***) Sâjanâk'ârjae aetas certis rationibus explorata est, vid. Colebrookius, *Miscell. Essays* I, p. 301. II, p. 255. p. 257. Wilso, in *As. Res.* XX, pp. 5. 7. Sâjanâk'ârjas vixit versus finem saeculi XIV. et initio XV.

†) De qua re cf. Colebrookius, *Misc. Ess.* II, pp. 46. 49. Burnouf, praef. ad *Bhág. Pur.* I, pp. C. CII. Madhusûdanae tribuitur praeterea commentarius in Vôpadêvae *Harilílam.* Vid. Burnouf, l. l. et p. LXIV.

vâk'ârjae et Sâjanâk'ârjae, hoc est ante MCCCLXX. vixisse debet. Apparet hanc computationem omnino ab ea quaestione pendere, utrum grammaticus Madhusûdanas idem sit ac noster, necne. In priorem sententiam semet inclinare videtur Burnoufius meus, licet, quae est eius in hisce rebus prudentia, eam pro certa non habeat. Quod praeterea ad aetatem Madhusûdanae definiendam facit, hoc est, quod satis verisimile sit, posteriorem aetate esse Çrîdhara Madhusûdanam, quippe qui huius verba haud raro exscripsisse et mutuatus esse videatur. *) Haec fuit Schlegelii opinio, cui me quidem iudice opponi nequit, quae Çrîdharae et Madhusûdanae communia sint, ea ex eodem fonte sive ex priorum commentariis ab utroque fuisse derivata; inde vero nil concludi potest, quod nullibi, quod sciam, nominis Çrîdharae mentionem iniecerit Madhusûdanas; practer Çankaram enim

---

*) Exempla quaedam haec sunt: *Bh. G.* X, 6, a. b. Çrîdharae scholion hoc est: किं च महर्षय इति सप्त महर्षयो भृग्वादयः सप्त ब्राह्मणा इत्येते पुराणो निश्चयं गता इत्यादि पुराणप्रसिद्धाः। तेभ्यो ऽपि पूर्वे ऽन्ये चत्वारो महर्षयः सनकादयः। तथा मनवः स्वायंभुवादयः। मदीयो भावः प्रभावो येषां ते etc. ॥ Madhusûdanas haec verba praebet: महर्षयो वेदतदर्थद्रष्टारः सर्वज्ञानविद्यासम्प्रदायप्रवर्तका भृग्वाद्याः सप्त पूर्वे सर्गाद्यकालाविर्भूताः। तथा च पुराणं। भृगुं मरीचिमत्रिं च पुलस्त्यं पुलहं क्रतुं। वसिष्ठं च महातेजाः सो ऽसृजन्मनसा सुतान्॥ सप्त ब्रह्माण इत्येते पुराणो निश्चयं गता इति। तथा च चत्वारो मनवः सावर्णा (-पर्याया?) इति प्रसिद्धाः। अथवा। महर्षयः सप्त भृग्वाद्याः। तेभ्यो ऽपि पूर्वे प्रथमाश्चत्वारः सनकाद्या महर्षयः। मनवस्तथा स्वायम्भुवादयश्च चतुर्दश etc. In quo loco altera interpretatio Çrîdharae est et partim verba ipsissima eius recurrunt. — Ad VII, 20. Çrîdharas annotat: प्रकृत्या पूर्वाभ्यासवासनया नियता वशीकृताः सन्तः etc.; Madhusûdanas: असाधारण्या पूर्वाभ्यासवासनया वशीकृताः सन्तः etc. Atque sic etiam multis aliis locis.

nullum vetustiorum Bhagavadgitae scholiastarum nomine suo commemorat.

Haec si recte disputata sunt, sequitur, ut Çrîdharas aetate prior sit Madhusûdana, hic Sâjanâk'ârja. Qui quoniam versus finem saeculi MCCCC. vixerit, ad medium huius saeculi referri debet Madhusûdanas, ad initia Çrîdharas. Attamen, quum neque ab omni dubitatione remotum sit, Çrîdharae librum adhibitum fuisse a Madhusûdana, neque certum, eum a grammatico eiusdem nominis, qui quo usus sit cognomine et magistro, nescitur, non esse diversum, apparet, in probabilibus, non in certis rationibus versari quaestionem, quam idcirco in medio relinquam.

Commentario suo titulum *Gîtâ-Gûḍhârtha-Dîpikâ* i. e. illustratio arcani Gitae sensus, indidit Madhusûdanas. Totus a Çankarae auctoritate pendet, quem tantum veneratur, ut vix ab eius interpretatione dissentire audeat, imo profiteatur, nil aliud sibi fuisse consilii, quam ut Çankarae sententias explicaret, cui in interpretandi arte minime par sit.*). Librum eius titulo suo *Bhâshja*

---

*) Prooemium ab hisce versibus incipit: भगवत्पादभाष्यार्थमालोच्यातिप्रयत्नतः । प्रायः प्रत्यक्षरं कुर्वे गीतागूढार्थदीपिकां ॥ प्रत्यक्षरं in margine explicatur per प्रतिपदं, quo verbo utitur Madhusûdanas in epilogi dist. 3. Redde: »Summa intentione considerato sensu commentarii ab eo, cuius pedes sancti sunt, scripti, arcanum Gitae sensum, singula fere verba persecuturus, illustrare aggredior.« Çankarae nomen laudat epil. dist. 3. श्रीगोविन्द ◡–◡◡– मधुना मिष्टं महाभारते । गीतार्थ्यं परमं रहस्यमृषिणा व्यासेन विख्यापितं । व्याख्यातं भगवत्पदैः प्रतिपदं श्रीशंकराख्यैः पुन । र्विस्पष्टं मधुसूदनेन मुनिना स्वज्ञानशुद्ध्यै कृतं ॥ Lacuna versus 1[mi] expletur legendo: श्रीगोविन्दमुखामृतस्य — Versibus utitur schol. ad *Bh. G.* III, 2., ut laudes Çankarae praedicet et obsequium suum erga eum testetur: इहेतरेषां कुमतं समस्तं । श्रुतिस्मृतिन्यायबलान्निरस्तं ।

significat, ipsum *Bhâshjakrit* et *Bhâshjakâra* appellare solet, saepius plurali reverentiae utens.

In medium prolatis Çankarae verbis haud raro subiicit dicta enarratorum sive व्याख्यातृ eius, i. e. eorum qui scholia in eius commentarium condidere, nullo tamen laudato nomine proprio, ita ut non appareat, an ullus alius intelligendus sit, quam *Ânandagiris*; pluralis enim honoris caussa positus esse potest. Diversi ab his sunt alii, quorum nomina aeque tacet *), nec mihi liquet, qui sint, quos *Orientales* nuncupat. **) Quae hominis taciturnitas etiam in caussa est, cur nomen docere nequeam eius, qui sub titulo *Vârttika* scholia in Bhagavadgitam scripsit; nam praeter *vârttikakrit* et *vârttikakâra* nullam eius appellationem prodidit. Ex titulo libri ***)

पुनः पुनर्भाष्यकृतातियत्नात्। इतो न तत्कर्तुमहं प्रवृत्तः॥ भाष्यकारमतसारदर्शिना। ग्रन्थमात्रमिह योज्यते मया। आशयो भगवतः प्रकाश्यते। केवलं स्ववचसो विशुद्धये॥ Cod. विशुयो, imposito tamen litteris यो signo corruptelae. Satis lepida est comparatio, quam inter semet ipsum et Çankaram instituit schol. ad *Bh. G.* VI, 27. इति भाष्यकृतां व्याख्या। व्याख्यातृत्वे ऽपि मे नात्र भाष्यकारेण तुल्यता। गुञ्जायाः किन्तु हेम्नैकतुलारोहे ऽपि तुल्यता॥

*) Exempla haec sunt: schol. ad *Bh. G.* IV, 18. अपरा व्याख्या; XV, 16. केचित्तु - - - आहुः; XVIII, 16. अन्यस्तु आह; VI, 20. यत्र काल इति तु व्याख्यानमसाधु तच्छब्दानन्वयात्.

**) ad II, 39. (in cod. falso 40.) इति प्राचां व्याख्याने त्वध्याहारदोषः कर्मपदवैयर्थ्यं च परिहर्तव्यं।

***) वार्त्तिकं eo sensu poni solet, ut sit *supplementum* alius enarrationis, quo et textus et interpretatio alius libri illustrantur. Vid. Wils. *Lex.* s. v. Potissimum de commentariis usurpatur, quibus regulae scientiae cuiusdam accuratius definiuntur. Hoc indice insignitum notissimum est opus KÂTJÂJANAE grammatici, numeris adstrictum.

concludere licet contineri eo scholia in alium commentarium, fortasse Çankarae; teste enim Madhusûdana ab huius decretis discrepare haud dubitavit *Vârttikarum* scriptor, quem hanc ob caussam audaciae arguit Madhusûdanas. Opus ex parte, forsitan totum metro epico scriptum est. *)

Valde diligens et doctus enarrator est Madhusûdanas; nexum distichorum et transitiones sermonis sedulo enodat, singula vocabula copiose explicat et multus est in excitandis locis ex *Vêdis*, praesertim ex *Upanishadis*, ex *legum codicibus*, *Purân'is*, *Patang'alis* et *Vasishthae* libris de *Yôga*, aliisque. Priorum interpretum opiniones plerumque respicit et saepenumero impugnat; varias philosophorum sententias de argumentis quae in textu tractantur, haud raro expromit et in iudicium vocat. **) Utilissimus ideo est liber ad legendum, licet

---

*) Testimonia Madhusûdanae nonnulla de hoc libro adhuc ignoto h. l. exhibere haud alienum crit. Schol. ad Bh. III, 20. एतादृशभगवदभिप्रायविदा भगवता भाष्यकृता ब्राह्मणस्यैव सन्यासो नान्यस्ये (Cod. -से) ति निर्णीतं। वार्त्तिककृता तु प्रौढिवादमात्रेण क्षत्रियवैश्ययोरपि सन्यासो ऽस्तीत्युक्तं। इति द्रष्टव्यं। Singula Bhagavadgitae vocabula in *Vârttikis* nonnunquam fuisse explicata, probatur scholio; ad III, 29. कृत्स्नाकृत्स्नशब्दौ आत्मानात्मपरतया श्रुत्यर्थानुसारतया वार्त्तिककृद्भिर्व्याख्यातौ etc. Versuum exempla haec sint. Ad II, 40. (Cod. falso 41.) तदुक्तं वार्त्तिककारेण। तपयेहेति या निन्दा सा फले न तु कर्मणि। फलेहां तु परित्यज्य कृतं कर्म विशुद्धिकृत्॥ Ad II, 29. तदुक्तं च वार्त्तिककारैः। कुतस्तत्ज्ञानमिति चेत्तद्धि बन्धपरिक्षयात्। असावपि च भूतो वा भावी वा वर्तते ऽथवा॥ Collatis inter se his ceterisque distichis, quae ex *Vârttikis* descripta sunt, probabile fit, eis potius materiam, in qua versatur Bhagavadgita, et doctrinam eius esse illustratam, quam singula loca.

**) Memorantur praeterea alii libri, ex. c. *Kaviprajôga*,

negari nequit, aliquanto laboriosiorem esse eius lectionem. Haud raro enim de sua provincia degreditur auctor et dissertationes subtexit, quae ad illustrandam Bhagavadgitam parum conferunt, neque satis sibi cavet a verbosis explicationibus, neque a repetendis interpretamentis vocabulorum haud semel antea propositis. Graviora tamen sunt duo alia eius vitia, quorum ad id, quod primum notabo, propensum eius animum fuisse, praemonemur ipsa libri inscriptione; reconditi enim et arcani sensus indicia in oratione poetae inveniendi studio flagrat, eiusque verba saepius eo consilio detorquet, ut sententias eruat, quae ne obscure quidem significantur. Cuius artificiosae interpretandi rationis exempla quaedam infra exhibui. *) Gravius alterum est atque in eo

---

schol. ad XVIII, 18. *Xêpaçârîraka* ad XVIII, 2. Pro hoc rescribendum est *Sanxêpaçârîraka*. Vid. Colebrooke *Misc. Ess.* I, p. 335; prior liber, qui haud dubie de arte poetica tractat, aliunde mihi non innotuit.

*) Ex. c. copula च saepius abutitur eo consilio, ut quodcunque libeat, subaudiendum esse statuat, qua ratione etiam alii scholiastae utuntur, at plerique longe modestius. Ex. c. X, 34. explicatis कीर्तिः श्रीर्वाक्च ita pergit: चकारान्मूर्त्यादयो ऽपि धर्मपत्न्यो गृह्यन्ते। Ex eadem vocula haec lucratur in schol. ad XVI, 14. चकारान्न केवलं हनिष्यामि तान् किन्तु तेषां दारधनादिकमपि ग्रहिष्यामीत्यभिप्रायः। Non minorem vim tribuit particulae तु, I, 2. तत्र पाण्डवानां दृष्टभयसंभावनापि नास्ति अदृष्टभयं तु भ्रान्त्यार्जुनस्योत्पन्नं भगवतोपशमितं। इति पाण्डवानामुत्कर्षस्तुशब्देन द्योत्यते। — In cognominibus, quibus aut Krishnas aut Arg'unas appellatur, quibusque epicos poetas ad libidinem uti constat, reconditum sensum haud semel sectatur. Sic in भारत III, 25. भारतेति। भारतवंशोद्भवत्वेन भा ज्ञानं तस्यां रतत्वेन वा त्वं यथोक्तशास्त्रार्थबोधयोग्यो ऽसीति दर्शयति।; in पार्थ I, 25. हे पार्थ पृथायाः स्त्रीस्वभावत्वेन शोकमोहग्रस्ततया तत्संबन्धिनस्तवापि

cernitur, quod textum non iuxta mentem auctoris enarrat, sed ex opinionibus ante captis, quas ei obtrudere molitur. Quae ratio falsa sane est, at haud nimis severe in Madhusûdana notanda, quum intime coniuncta sit cum tota interpretum Indicorum indole eorum, qui libris sacris explicandis operam navant. Doctrinae Vêdânticorum et recentiorum quidem sectator ardens est; quo fit, ut in summis principiis, quibus inter se discrepant Vêdântici et KAPILAE discipuli, huius auctoritatem reiiciat et theologorum decreta sequatur, in rebus autem minoris momenti Kapilae doctrinam admittat *); PATANG'ALIS disciplinae si libenter assentitur, id inde explicandum est, quod multi eorum, qui eidem cui Madhusûdanas sectae addicti sunt, *Jógam* exercitant. **) Res vero gravissima est, quam doctrinam sequatur interpres Bhagavadgitae, utpote in quo libro coniunctae et quodammodo commixtae sint doctrina Vêdântica vetustior et Sânkhjica, ita ut opus sit accurata distinctione eorum, quae ex alterutra oriunda sint, et cautione, ne nimiam fiduciam enarratori, studioso sectae cuiusdam

---

तद्भ्रास (l. त्रास) मुपस्थितेति सूचयन् etc. Sic etiam in केशव I, 31. quod a क, *Brahmá*, ईश, *Rudras*, et वाति (= अनुकम्प्यतया गच्छति) derivatur; haec originatio tamen grammaticis, non nostro debetur. Vid. *Lex.* s. v.

*) Qua de re minime dubia haec sunt testimonia: schol. ad XVIII, 19. यद्यपि कापिलं शास्त्रं परमार्थब्रह्मैकत्वविषये न प्रमाणं तथाप्यपरमार्थगुणगौणभेदनिरूपणे व्यावहारिकं प्रमाणं ।; ad XIII, 5. तदेवं साङ्ख्यमतेन व्याख्यातं औपनिषदानां तु अव्यक्तमव्याकृतमनिर्वचनीयं मायाख्या पारमेश्वरी शक्तिर्मम माया दुरत्ययेत्युक्तं । et mox न ह्यव्यक्तमहदहंकाराः साङ्ख्यसिद्धा औपनिषदैरुपगम्यन्ते अशब्दत्वादिहेतुभिरिति स्थितं ॥

**) Cf. WILSONIS dissert. *de sectis Indic.* in *As. Res.* XVII, p. 182.

assertori habeamus. Tali cautione utendum esse in scholiis Madhusûdanae adhibendis, nemo negabit, qui paullo accuratius ea tractaverit; exemplis ut confirmem, primum monebo, ab eo serioris Vêdânticae scholae de *mâjâ* placita Bhagavadgitae conditori imputari, qui hoc vocabulum quidem usurpat, verum quinque tantum locis et antiquiori sensu, quem satis accommodate per potestatem summi numinis exprimit Çrîdharas. *)

Neque aliter res se habet, quod attinet ad vocem प्रकृति sive naturam numinis genitricem, cuius notioni etiam admiscet deceptionem sive fallacem scientiam Madhusûdanas **), Çrîdharas contra, etiamsi Vêdânticus is quoque sit et nonnunquam in interpretanda Bhagavadgita Vêdânticas opiniones magis affectat, quam mihi quidem pati videntur verba poetae, etiam hac in re

*) Scilicet IV, 6. VII, 14. 15. 25. XVIII, 61. Schol. *Madhusûdanae* ad VII, 14. 15. hanc definitionem praebet: माया तत्त्वप्रतिभासप्रतिबन्धेनातत्त्वप्रतिभासहेतुरावरणविक्षेपशक्तिद्वयवत्यविद्या सर्वप्रपञ्चप्रकृतिः et mox मायामखिलानर्थजन्मभुवं। Quae congruit cum explicatione recentiorum. Vid. *Vêdânta-Sâra*, p. 6. et scholl. p. 56. VII, 25. योगो मम संकल्पस्तद्वशवर्तिनी माया योगमाया। IV, 6. आत्ममाययेति मन्माययैव मयि मनुष्यत्वादिप्रतीतिर्लोकानुग्रहाय न वस्तुवृत्तेति। XVIII, 61. मायया छद्मना। *Çrîdharas* autem interpretatur aut per शक्ति, XVIII, 61. aut परमेश्वरस्य शक्तिः, VII, 14. et amplius IV, 6. स्वमायया संभवामि। सम्यगप्रच्युतज्ञानबलवीर्यादिशक्त्यैव भवामि, aut per facultatem res non coniunctas coniungendi, VII, 25. योगो युक्तिः। मदीयः को ऽप्यचिन्त्यप्रज्ञाविलासः। स एव माया अघटमानघटनपटीयस्त्वात् तया संछन्नः etc.

**) *Madhus.* ad III, 27. haec promit: प्रकृतिर्माया सत्त्वरजस्तमोगुणमयी मिथ्याज्ञानात्मिका पारमेश्वरी शक्तिः। मायां तु प्रकृतिं विद्यान्मायिनं तु महेश्वरं। इति श्रुतेः। et ad IV, 6. प्रकृतिं मायाख्यां विचित्रानेकशक्तिमघटमानघटनापटीयसीं स्वां स्वोपाधिभूतामधिष्ठाय चिदाभासेन वशीकृत्य सम्भवामि तत्परिणामविशेषैरेव देहवानिव जात इव च भवामि।

intra iustos fines semel continet et non praeoccupatum iudicium suum probat; प्रकृति vocabulo माया dici quidem docet, explicat vero per शक्ति atque excludit notionem deceptionis. *) Aliud denique proferre liceat exemplum falsae eius rationis satis memorabile, qua a recta interpretandi via abstrahitur Madhusûdanas; nimirum ex vocabulo अनन्य, IX, 22. decretum sectae suae elicuit, quod omnino alienum a contextu illius loci est. **)

---

*) Schol. ad IV, 6. स्वां शुद्धात्मिकां प्रकृतिमधिष्ठाय स्वीकृत्य विशुद्धोर्जितसत्त्वमूर्त्या स्वेच्छयावतरामीत्यर्थः। ad VII, 4. प्रकृतिर्मायाख्या शक्तिः। ad IX, 7. प्रकृतिं यान्ति मामकीं explicat: त्रिगुणात्मिकायां मायायां लीयन्ते। Ceteris locis, quibus de natura creatrici intelligendum est प्रकृति, per माया non enarrat, sed per शक्ति aut nullum addit interpretamentum. Çankaram per शक्ति explicuisse vocem, patet ex schol. ad XIII, 19. 20.

**) Verbum optime explicat *Çrídharas* hunc in modum: नास्ति मद्व्यतिरेकेणान्यत्काम्यं येषां तथाभूता ये जनाः etc.; *Madhusûdanas* autem in hunc sensum detorquet: अन्यो भेददृष्टिविषयो न विद्यते येषां ते ऽनन्याः सर्वाद्वैतदर्शिनः सर्वभोगनिःस्पृहाः। अहमेव भगवान् वासुदेवः सर्वात्मा न मद्व्यतिरिक्तं किञ्चिदस्तीति ज्ञात्वा तमेव प्रत्यञ्चं सदा चिन्तयन्तः etc.; enarrat itaque per सर्वाद्वैतदर्शिनः i. e. qui cognoscunt numen ab omni parte dualitatis esse expers, sive, ut mox dicit, universam animam esse numen, ab eo disiunctum nihil existere. Repetenda est haec interpretatio e doctrina Vêdântica de अद्वैत sive absentia dualitatis in deo, quam sequitur Madhusûdanas et cum secta sua potissimum in unitate जीव sive animae vitalis cum deo ponit, ipso multis locis testante, ut schol. ad XV, 7. जीवस्य तु पारमार्थिकं स्वरूपं ब्रह्मैवेत्यसकृदावेदितं et ad XVIII, 13. जीवब्रह्मणतयोरैक्यं (ubi codex falso जीवो); dissentiunt ab ea sectae quaedam Vishnuiticae, quae in numinis unitate duas formas distinguunt, animam summam et animam vitalem (परमात्मन् et जीवात्मन्) et ideo विशिष्टाद्वैत i. e.

Exemplum huius commentarii, quod Friderici Roseni amicitiae debuit, post absolutam demum ad V. priora capita adnotationem nactus est Schlegelius.

Iam de consilio, quod in nova hac editione Bhagavadgitae instituenda secutus est, dicam. Ita emendatum iam primum ab eo fuisse carmen, ut paucissimi tantum loci iteratis criticis curis sanandi essent, supra monui, nunc explicatius docebo. Duplex emendandi genus novae editioni adhibendum erat: aut restitui debebat scriptura codicum, quam ex coniectura mutaverat Schlegelius, aut emendari lectiones sive falsae sive minus probae, quae intactae relictae fuerant. Neutrius tamen generis locorum numerus magnus repertus est. *)

---

distinctam unitatem profiteri dicuntur. Vid. Wilsonis diss. *de sectis Ind.* in *As. Res.* XVI, p. 34. Quae sit hac de re doctrina Bhagavadgitae, h. l. indagare haud opus est, sed probandum erat, nimio doctrinae suae studio falsum fuisse interpretem; qua de re nemo dubitabit, qui reputaverit, अन्य, *aliud*, prorsus diversae significationis esse atque द्वैत, *duplicitas, dualitas*, et significare अनन्याः, nil aliud cogitantes sive colentes.

*) Ad prius genus pertinent loci tantum tres: XIII, 17. धिष्ठितं rescriptum est pro coniectura निष्ठितं; XV, 3. उपलभ्यते pro उपलभ्यं; XVIII, 67. अतपस्काय pro अतपस्याय. Ad alterum: III, 12. अप्रदाय pro न प्रदाय; IV, 34. विद्धि pro विन्द्धि cum utroque scholiasta; V, 26. यतीनां pro यतिनां; VI, 41. कृतां लो° pro कृतांल्लो°; ed. *Mahâbh. Calc.* prorsus falso कृतान्; VIII, 8. अनन्यगामिना pro नान्य°; X, 41. ऊर्जितं pro वर्जितं; XI, 8. शक्ष्यसे pro शक्यसे; XI, 43. गुरोः pro गुरुः; XVI, 13. इमं pro इदं; XVIII, 13. पञ्चेमानि pro पञ्चैतानि; XVIII, 66. मोचयिष्यामि pro मोक्षयिष्यामि. Relictum est चेतसां VII, 22, b. pro मेधसां, quae est scriptura codd. omnium, vid. *Addenda*, et दीप्तं pro देवं, XI, 11, c. Vid. not. ad loc.

Hasce emendationes fere cunctas suppeditabant quum consensus librorum manu scriptorum, tum praecipue testimonia scholiastarum et accuratior interpretatio. coniectura enim tantum ad duos locos corrigendos opus erat, quorum unum iam priori editione evidenti medela sanaverat Schlegelius. *) Purgatum denique totum poema est tum a mendis typographicis, tum a scribendi vocabula nonnulla ratione aut falsa aut minus recta.

In constituendo textu hanc omnino viam ingressus est Schlegelius, ut scripturam concentu librorum scriptorum traditam et scholiastarum testimonio confirmatam accurate exploraret et intactam relinqueret, praeterquam ubi manifesto monstrari posset, eam esse vitiosam. Persuaserat enim sibi, textum libri in omnibus partibus genuinum nos habere, qualis ab auctoris manu profectus sit. **) Idque verissime, ut equidem arbitror. Concordia enim exemplorum in scriptura, si, uti par est, nulla ratio habetur mendorum manifestorum, a scribarum incuria sive inscitia oriundorum, maxima est et testimonio enarratorum satis vetustorum neque interrupta serie sese excipientium, in quorum scholiis unumquodque fere vocabulum repetitum et explicatum legitur, probe confirmata. Accedit sanctitas carminis, quae iam antiquitus tantum apud Indos valuit, ut locum dignitatis et auctoritatis obtineret haud inferiorem, quam libri sacri, quos quanta sollicitudine et anxia cura incolumes conservarint Indi, constat.

Quae quum ita sint, apparet, in edendo libro, qualis est Bhagavadgita, tot praesidiis criticis instructo, haud

*) XVIII, 78. Alter locus est VI, 39. एतं मे pro एतन्मे. Haud prorsus certa est emendatio XVI, 2. अलोलत्वं pro अलोलुत्वं.

**) Verba Schlegelii sunt p. 229 huius ed. Idem iudicium iam in praefat. ed. I. tulerat.

valde difficile esse ad diiudicandum, quid culpa scribarum vitiatum sit in textu, quaeque vetus et idoneis testibus historicis confirmata varietas scripturae. In talibus libris Indicis tractandis id omnino primo loco nobis agendum est, ut textum enarratorum ministerio usi et freti ad eam conditionem revocemus, quam ante oculos hi habuere. Hac laboris parte absoluta textus prodit incolumis, qui historicis fundamentis innititur eisque firmioribus, quo quum aetate tum numero maiores adsint interpretes. At restat tamen alia laboris pars, eaque altioris indaginis, quam recusare non licebit ei, qui vere critici editoris officiis iusto satisfacere sibi proposuerit. Absurdum enimvero foret credere, prorsus contra depravationem munitos remansisse libros Indicos et nullis mendis corruptos usque ad nos pervenisse; non ita esse, vel ipsi scholiastae testantur, varias lectiones commemorantes; quod quum faciunt, rarissime tamen iudicium suum de bonitate aut pravitate scripturae cuiusdam promunt, duas vel etiam plures explicare satis habentes atque immemores aut saltem non curantes, unam tantum inter varias lectiones veram esse posse; genuinam scriptoris manum rimari et vitia latentia detegere vix unquam animum inducunt, sed scriptura vulgata etiamsi mendosa acquiescere solent, eamque artificio quodam interpretari. Cuius rei exemplum notabile praebet distichon Gitae ultimum.

Haec si recte disputata sunt, consequitur, ut in quaestionibus criticis altioris indaginis tractandis coecam fiduciam Indicis scholiastis non habere debeamus, quod quum dico, non ita intellectum velim, quasi parvi facerem eorum commentarios, quos contra accuratissime indagandos et diligentissime consulendos esse arbitror; verum ita faciendum nobis esse censeo, ut in eis ad nostros usus adhibendis libero, sed sano et criticae artis

exercitatione subacto iudicio hisce testibus utamur, et quum cavendum sit, ne in inania conamina aut effrenatam divinandi libidinem res critica abeat, tum agendum, ut vinculis qualiscunque superstitionis in quaestionibus historicis investigandis nos restringi ne patiamur.

Ad Bhagavadgitam ut revertar, paucissimos ea praebet locos, qui depravatae scripturae suspicionem movent. Nulli dubitationi obnoxii sunt versus longioris mensurae, qui ultra numerum syllabarum undenarum excedunt; haec enim est licentia vetustioris sermonis, quam in hisce imitatus est poeta; alios huius generis versus ex Upanishadis mutuatum eum fuisse, in adnotatione suis locis docui. Ab his igitur emendandis recte se abstinuit Schlegelius. Diversa ratio est aliorum locorum, qui, quamvis consueto dicendi genere scripti sunt, oratione tamen laborant sive iusto minus concinna, sive minus apte ad severioris grammatices legem accommodata. Etiam hos intactos reliquit Schlegelius, nec minori iure, ut equidem sentio, quia in eorum scriptura conspirant tum codices tum scholiastarum testimonia, neque prorsus necessaria esse videtur in plurimis emendatio. *)

---

*) Non alienum ab hoc loco erit hosce locos indicare. II, 35. c. d. mendosum est aut येषां aut भूत्वा, quod *Çrídharas* explicat per भूतः, *Madhusúdanas* autem pro arbitrio suo ellipsin fingit: येषां - - - बहुभिर्गुणैर्युक्तो मतः त एव etc. - - । इत्यन्वयः। अतो भूत्वा युद्धादुपरत इति शेषः। Maxime placet Schlegelii coniectura एषां. — II, 54, a. falsum videtur esse भाषा, sequente mox प्रभाषेत. Per लक्षणं enarrat etiam *Madhusúdanas*. — V, 21, b. यत् सुखं, ubi यत् explicari quidem potest, concinnius tamen foret यः. — VII, 18, b. मतं. Vid. *adnot.* — VIII, 7, d. et XVIII, 68, d. असंशयः, de quo vid. *adnot.* ad VIII, 5.

Ex tota variarum lectionum congerie eas tantum commemorare constituit Schlegelius, quae speciem quandam veritatis prae se ferrent aut ferre videri possent; quod factum a nemine reprehensum iri reor, quum operae pretium non sit, in libro tanta integritate nobis tradito et tot testium idoneorum praesidiis munito edoceri, quae peccata sint a librariis: officiis suis omnino satisfecerit editor, si omnes scripturae varietates ipse accurate perscrutatus sit et examinaverit. Quam ob caussam non dubitavi indicem corrigendorum in editione Calcuttensi editioni priori adiectum omittere; eam contra lectionis diversitatem, quam ex *Madhusûdanae* commentario enotavi, in Addendis exhibui, ratus, eiusmodi varias lectiones omnes ab editore exscribi oportere.

In conscribenda adnotatione *) duo sibi inprimis proposuit Schlegelius, primum, ut de insigniori scripturae diversitate et emendatione textus rationem redderet,

---

p. 203. — XI, 41, b. सखेति, quod ex antecedente hem. a. irrepsisse videtur. Formam सख, nom. pl. सखाः uno quidem *Rigvêdae* loco, I, 119, 3. (सम्--अम्मत- सखा अमिताः) repperi, at iusto audacius esset, hanc Bhagavadgitae obtrudere. — XVIII, 8, a. यत्, quod vix tamen falsum est. — Rescribendum praeterea esse videtur IX, 7, b. मामिकां pro मामकीं; XI, 2, a. भवाप्ययौ pro भवव्ययौ; XIII, 20, a. करण pro कारण; XVI, 4, a. fortasse अतिमानः pro अभिमानः। de quibus locis in *Annot.* et *Addendis* dixi. Animadvertendum denique est, utrumque scholiastam cum ed. *Bhag. G. Calc. et Mahâbh. Calc.* et pluribus codd. III, 23, a. praebere वर्तेयं pro वर्तेय. cf. *Add.*

*) Notae Schlegelii aut littera S. aut nullo signo distinctae sunt, meae littera L. Notis ex priori editione repetitis praefixus est asteriscus.

deinde ut sententias auctoris brevi illustraret et interpretationem suam probaret; in quo quidem negotio tum contra scholiastas disserendum erat, quorum decretis licet multum tribueret, tamen haud sine iudicio eis assentiendum esse censuit *); tum vindicanda interpretatio a censura duorum V. V. D. D. clarissimorum, Antonii Leonardi a Chézy, eiusque disciputi Langlois **), qui Çrîdharae subsidio adiuti et aucti coniuncto studio satis cupide quidem, nec sine invidia, at ubi proprio Marte agebant minime feliciter Schlegelii opus impugnaverant. Quem conatum molestius ideo tulit Schlegelius, quod necessitudine usus esset Chézyi et amicissime de eo locutus in praefatione Bhagavadgitae, et impetum hunc acriter et strenue repressit editis in censuram istam animadversionibus, quarum mentionem in margine modo feci; invitus autem gratissimum Schlegelio praestitit Vir cl. Langlois officium sua censura, utpote quae ansam daret Viro illustrissimo Guilelmo ab Humboldt de locis et dictionibus carminis difficilioribus disserendi atque quid in eis interpretandis assecutus sit Schlegelius et quid temere a censore repehensum, diiudicandi. ***)

*) Vid. Schlegelii *Observations sur la critique du Bhagavad-Gîtâ, inserée dans le Journal Asiatique*, in *diario* ita inscripto, Tome IX, 1826, p. 3.

**) Vulgata est prioris censura in *Journal des Savans*, 1825, p. 37 seqq.; alterius in *Journal Asiatique*, Tome IV, 1824, p. 105. p. 236. Tome V, 1824, p. 240. Tome VI, 1825, p. 232.

***) Inscripta est dissertatio: *Ueber die Bhagavad-Gita. Mit Bezug auf die Beurtheilung der Schlegel'schen Ausgabe im Pariser Asiatischen Journal* et edita in *bibliotheca Indica*, Vol. II, p. 218. p. 328. in *Opp. Collect.* I, p. 110—184.

Potissimum intelligentiae adiumentum esse versionem Latinam quum censeret Schlegelius, ei recognoscendae praecipuam curam adhibuit, nec laudibus contentus, quas priori editione iam meritus erat, quo fuit in sua ipsius scripta severo iudicio, Çrîdharae consiliis adiutus, tantam diligentiam et industriam emendandi negotio navavit, ut ne unam quidem paginam prioris versionis a manu emendatrici intactam relinqueret; qua re factum est, ut quae nunc prodit, multo praestantior sit tum perspicuitate et elegantia sermonis, tum fide, qua expressa est mens poetae.

Nomina propria et vocabula tam ea, quibus notiones philosophicae in Bhagavadgita significantur, quam cetera, quae insigne quid vel peculiare habent, singulis indicibus explicare sibi quum proposuisset Schlegelius, posthac, ut supra iam dictum est, mihi hoc munus tradidit. Utrumque indicem equidem confeci, prior iam typis exscriptus erat biennio ante mortem Schlegelii, alterius editionem in aliud tempus seponere constitui. Cuius consilii rationes habui plures; primum enim neque molem libri usibus scholiasticis in primis destinati augere volui, nec diutius editionem libri tam longe exspectati et desiderati retardare; tum autem intellexi, mutandam esse ex quadam parte rationem, quam in adornando hoc indice secutus fui. Etenim non hoc tantum faciendum esse videtur, ut comparatis inter se ipsius Bhagavadgitae locis atque adhibitis, quae in ea proponuntur notionum theologicarum, philosophicarum, similiumque definitionibus, vocabula insigniora et graviora secundum auctoris mentem explicentur et illustrentur; quod principium et fundamentum talis operis esse debet; sed annitendum etiam est, ut accurate indagentur et uno conspectu exhibeantur diversae, quae a singulis enarratoribus propositae sunt illorum vocabulorum interpretationes. Cuius-

modi index quum perfectus fuerit, nobis ante oculos quasi ponet historiam interpretationis Bhagavadgitae apud Indos. Alteram operis partem absolvendi subsidia praesto quidem fuere Çrîdharas et Madhusûdanas, at defuit auxilium Çankarae, cuius commentarius fons et caput totius interpretationis est. Hoc itaque destitutus indicem hunc in futurum tempus distuli, sperans fore, ut consiliis celeberrimi Indorum philosophi uti aliquando mihi liceat.

Generales quaestiones de aetate Bhagavadgitae ac doctrina, quam profitetur eius conditor, tractare in animo fuisse Schlegelio, in praefatione editionis prioris ipse significat, nihil tamen quod eo respicit, in schedis eius repperi. Satis difficilis est earum altera, quae est de doctrina; haec enim non ad unius scholae philosophicae decreta conformata est, sed admixtae in ea sunt placitis Kapilae et Patang'alis sententiae, quae ex Vêdântica philosophia vetustiori, qualis ante Çankaram obtinuit, originem trahunt atque summa totius doctrinae ratio in divinitate Vishnûs versatur. *) Quae quum ita sint, ap-

*) Hanc difficultatem sensit iam FRIDERICUS WINDISCHMANNUS, cuius verba h. l. repetere iuvat. De Bhagavadgita ita loquitur, *Sankara* p. 86.: »poema illud didacticum, quod primo obtutu simplex esse videtur et facile, sed revera intricatum est et difficillimum propter variorum dogmatum mixturam.« Nimis violenter factam esse consociationem doctrinae Sânkhjicae cum Vêdântica iam dudum observavit BURNOUFIUS in *notitia* de codice *Bhâgavata-Purân'ae*, in *Journ. As.* 1825. Tome VII, p. 199. Immo ipse poeta satis luculente significavit geminum doctrinae suae fontem; saepissime enim ad doctrinam Sânkhjicam et Yôgicam provocat et Krishnam conditorem Vêdântae appellat, XV, 15.

paret sine longiori disputatione non satis accurate posse demonstrari, unde derivata sint singula capita, quibus doctrina in Bhagavadgita proposita continetur, quibusque vinculis placita diversae originis inter se coniuncta sint. Hanc itaque quaestionem in medio reliqui.

De aetate Bhagavadgitae nihil certi posse definiri, vix opus est, ut admoneam eos, qui antiquitatis Indicae periti sunt; paullo tamen, quam antea, accuratius nunc licet de ea iudicare. Brevi dicam, quae mea sit sententia. Primo certum est, ante Çankarae tempus non modo scriptam Bhagavadgitam, sed late per Indiam divulgatam fuisse et summa auctoritate, immo sanctitate valuisse; eodem enim sanctitatis loco atque tractatus theologicos Vêdis adiectos, qui *Upanishad* inscripti sunt, eam habuere vetustiores sectae Vishnuiticae *); quae quum tantam dignitatem libro recens vulgato attribuisse minime putandae sint, consentaneum est credere, haud brevi temporis intervallo priorem esse eius conditorem Çankara, qui illas sectas strenue impugnavit et, ut mihi quidem probabile videtur, eo consilio potissimum Bhagavadgitae singulari commentario enarrandae operam navavit, ut demonstraret, falso eam a Vishnuiticis intelligi atque doctrinam, quae in ea promulgatur, suae ipsius esse congruentem. Haec autem opinio admodum eo confirmatur, quod iam ante Çankaram editos et propagatos fuisse in Bhagavadgitam commentarios, quos is refutare aggressus sit, non obscure testatur Madhusûdanas. **) Çankaras quum ad

*) Vid. Wilsonis dissert. *de sectis Indicis*, *As. Res.* XVI, p. 12. Eae sectae sunt, quae nomina *Bhákta* et *Bhágavata* gerunt.

**) Schol. ad IV, 25. इति केषांचिद्व्याख्यानं भाष्यकृद्भिरेव निराकृतं। ad XVIII, 66. इति भाष्यकारैर्निरस्तानि दुर्मतानीह विस्तरात्। ग्रन्थं (l. -थ) व्याख्यानमात्रार्थी न तद्दर्शमहं यते॥

calculos veri similes saeculo medio octavo p. Ch. n. anterior fuerit *), satis probabilem coniecturam facere mihi videor, si Bhagavadgitam pluribus saeculis antiquiorem esse censeo.

Huc accedit quod ea commemoratur a *Bádarájan'a*, conditore syntagmatis placitorum theologicorum celebratissimi, quod *Brahmasútra* sive potius *Çárírakasútra* inscribitur. **) Huic sententiae quod opponi possit argumentum, in ipsa Bhagavadgita nominari illud Bâdarâjanae syntagma, eo nihil effici, assentior Fr. Windischmanno, qui censuit diversam, eamque vetustiorem eiusdem argumenti scitorum theologicorum collectionem eodem quo illud indice a poeta nostro indicatam fuisse. Atque ab ipsis etiam scholiastis aut de *Upanishadis* aut in universum de brevibus sententiis, quibus proditur doctrina de Brahmane sive summo numine, intelligitur, nulla iniecta Bâdarâjan'ae mentione. ***)

*) Vid. Fr. Windischmanni *Sankara*, p. 42.

**) *Sankara* p. 85. Alia inscriptio est *Çáríraka-Mímánsá*. Vid. Çankarae *Çárír. Mím.* II, 3, 45. p. 217. Decretum Bâdarâyanae hoc est: अपि च स्मर्यते । explicat Çankaras: ईश्वरगीतास्वपि चेश्वरांशत्वं जीवस्य स्मर्यते । ममैवांशो जीवलोके etc. *Bh. G.* XV, 7. Satis memorabile est, quod iam observavit Colebrookius, *Misc. Essays*, I, p. 355., alio titulo quam solito appellari a Çankara Bhagavadgitam, scilicet ईश्वरगीताः, quo haud dubie significare voluit, coniunctissimam fuisse doctrinam in ea traditam cum disciplina Patang'alis.

***) Locus legitur *Bh. G.* XIII, 4., ubi haec profert *Çrídharas:* ब्रह्मणः सूत्रैः पदैर्ब्रह्म (Cod. Ber. melius: सूत्रैः पदैश्च ब्रह्म) सूत्र्यते सूच्यते एभिरिति ब्रह्मसूत्राणि । यतो वा (om. B.) इमानि भूतानि जायन्त इत्यादितटस्थलक्षणपराण्युपनिषद्वाक्यानि । तथा ब्रह्म पद्यते गम्यते साक्षात्क्रियते एभिरिति पदानि स्वरूपलक्षणपराणि । Quae verba nonnullis additis repetit *Madhusúdanas*.

Iam vero summam argumentationis subducere licet. Certum est, vixisse ante Çankaram Bhagavadgitae auctorem, valde verisimile, vetustiorem esse Bâdarâjan'a; temporis intervallum, quo distat primus a secundo, hic a tertio, accurate finiri nequit. Si coniecturam facere par est, quinque fere saeculis ante Çankaram editam fuisse Bhagavadgitam facile crediderim.

In praefatione prioris editionis nil mutavi, nisi ea, quae emendaverat ipse Schlegelius.

Sed haec hactenus. Quod reliquum est, omnes qui hisce litteris, meisque studiis favent, etiam atque etiam rogo, ut ea quae ego in hoc libro edendo praestiti, boni consulant. Librum ipsum si laudibus meis commendarem, impie facere mihi viderer; neque qualicunque eget commendatione opus, illustrissimi Schlegelii nomine munitum, quodque merito ac iure ceteris praeclaris variae et singularis doctrinae, ingenii solertissimi et acutissimi, iudicii prudentissimi et castigatissimi monumentis annumeratur, quibus quum inter eos Germanorum coryphaeos, qui dimidio abhinc saeculo novum litterarum aevum condiderunt et sempiternam sibi gloriam comparavere, honestissimum locum sibi vindicavit, tum optime de Indicae antiquitatis studiis in Germania atque adeo ulterius condendis, stabiliendis, augendis meruit.

Dabam Bonnae XXII. Octobris MDCCCXLV.

SCHLEGELII PRAEFATIO

EDITIONIS PRIORIS.

Quum tertio abhinc anno Lutetiae Parisiorum commorarer propter munus mihi demandatum, ut in principe artis typographicae sede typos litterarum Dêvanagaricarum caelandos, feriundos, flandos curarem, quibus Regia munificentia Academiam nostram Rhenanam ditavit: statim circumspicere coepi, quidnam potissimum hisce typis excusum publici iuris facerem. Eligendum erat aliquid non nimiae molis, ne mora diuturniore eruditorum exspectationem frustrarer, nec nimis difficile, ut in tanta librorum inopia, venalium utique ac modico pretio parabilium, tironibus quoque consulerem. Magna sane ineditorum copia praesto mihi erat in Bibliotheca Franciae Regis; sed non magnopere allectabar hac gloriola, ut primus aliquid novi in lucem protraxisse dicerer: siquidem, quantum equidem iudicare valeo, pleraeque librorum Sanscritorum editiones, quae hucusque prodiere, ita sunt comparatae, ut satis ampla tum critico acumini, tum solerti interpretis diligentiae materia relicta sit. Converti igitur animum ad carmen philosophicum, cui titulus est Bhagavad-Gîtâ, quo vix aliud ullum sapientiae et sanctitatis laude per totam Indiam celebratius exstat. Eius argumentum omnibus, qui philosophiae historiam, non solum apud Graecos, sed etiam apud antiquos Asiae populos investigare operae pretium

ducunt, dudum innotuerat eleganti interpretatione Anglica viri clarissimi CAROLI WILKINS, quae anno saeculi proxime elapsi octogesimo quinto prodiit; sed ut ipsi vatis divini verba legere possent, id paucis admodum viris doctis inter nostrates, Europaeos dico, obtigerat. Editus quidem est Bhagavad-Gitae textus Calcuttae, anno aerae a Vikramâditya dictae 1865, qui incidit in A. S. 1808; *) sed nescio quo casu, plerisque fortasse exemplaribus per ipsam Indiam divenditis, post paucos annos rarissima haec editio est facta. Mihi quidem sedulo anquirenti quidquid librorum Sanscritorum uspiam typis excusum

---

*) De hac editione haec h. l. addere haud alienum videtur. Constat ea foliis octonis more Indico in transversum positis LX; textus incipit fol. 2. b. lin. ult., praemissis, ut in *Add.* ad p. 154. exposui, precibus et meditatione. Textus finitur fol. 60. a. l. 4. Sequitur indicatio anni, quo editus fuit liber, denique nomen editoris: अब्दे पञ्चाङ्गनागावनिभिरभियुते १८६५ ॥ व्योमरामाद्रिचन्द्रे शाके १७३० ॥ माघे ऽसिताख्ये ऽवनिसुतनवमीसन्निधौ । मुद्रिकार्णैः (l. मुद्रिकावर्णैः) गीतां विद्वद्विशुद्धां द्विजकुलतिलकैर्लेखितां विष्णुभक्ता बाबूरामेण गृह्णन्त्वथ सकलमनो ऽभीष्टदो ऽविष्णुरस्तु ॥ Ultima pagina errata indicantur quinque, omnibus ceteris tacitis.

Bâbûrâmas Brahmanas fuit ex familia sacerdotali Sârasvatidarum et secundo tertioque huius saeculi lustris libros Sanscriticos haud paucos Calcuttae edidit, aut edendos curavit; officinae typographicae certe praefuit. Eodem anno quo Bhagavadgitam edidit etiam *Durgâmâhâtmjam* et *Gîtagôvindam;* postrema eius editio fuisse videtur *Vîramitrôdaja,* qui liber anno MDCCCXV. in lucem prodiit. Consilii ineundi auctor et patronus operis exsequendi exstitit ei Vir illustrissimus COLEBROOKIUS, cuius iussu, ut saepius declarat, id in se suscepit. Not. L.

fuit, hunc librum comparandi nunquam sese occasio obtulit, nec prostat is hodie Londini apud bibliopolas Societatis mercatorum in Indiam orientalem commeantium, instructos eos alioquin amplissima librorum Asiaticorum copia. Hoc ipsum exemplar, e quo textum castigatius exprimendum curavi, debeo favori viri mihi amicissimi et disciplinae Brahmanicae apprime studiosi, C. Fauriel. Spero igitur, me haud inutilem operam collocasse in aditu parando facili ad carmen editum licet, pro quasi inedito tamen habendum.

Iam aliquot annis ante quam hoc consilium cepissem, priores Bhagavad-Gîtae lectiones e codicibus Parisiacis in usum meum descripseram. Nunc iterum eosdem evolvi et diligenter cum editione Calcuttensi contuli. Scatet haec mendis, quorum pleraque quidem sunt eiusmodi, ut qui vel mediocriter grammaticam Sanscritam calleat, facili negotio ea correxerit. Alia tamen vel doctiori negotium facessere possint. Tutius omnino visum est codicum fide et auctoritate potius, quam coniecturis, quantumvis eae in promptu essent, veram lectionem instaurare. Praeterea desiderio flagrabam per me ipsum cognoscendi, num idem Bhagavad-Gîtae accidisset, quod aliis vetustis Indorum libris, praesertim Hitôpadêço et carminibus epicis accidisse sciebam: nempe ut in diversis codicibus MSctis versus integri, interdum etiam plurium versuum complexus vel valde immutati legantur, vel transpositi, alia sint omissa, alia addita et interpolata. Mox cum gaudio haud mediocri deprehendi, in carmine hoc nostro nullam esse codicum discrepantiam, ne in minimis quidem, et quae sine sententiae, verborum structurae, metrique damno variari potuissent. Quo mirifico codicum consensu, tum Parisiacorum inter se, tum cum exemplari, unde editio Calcuttensis expressa est, tum denique cum eo, quod V. Cl. Carolus Wilkins

Vârân'asiae, dum interpretationem suam concinnabat, ante oculos habuit; consensu codicum, inquam, qui sine dubio in diversissimis Indiae partibus scripti fuere, certo certius comprobatur, textum Bhagavad-Gîtae ad nostram usque aetatem religiosissime esse servatum et carmen nobilissimum plane tale nos habere, quale divino vatis prisci ore olim effusum id fuerat. Hoc idem ex ipso carminis tenore magis etiam apparet. Circumscriptum id est, quod neminem adhuc animadvertisse miror, numero distichorum perfecto et pleno, septingenario: haud sane fortuito, sed, si quid ego video, certo poetae consilio, ne quidquam aut addere temere, aut demere inde liceret. Ratio philosophica interdum est paullo obscurior, quod neque fieri aliter poterat in rebus tam longe a sensu hominum communi remotis poetico sermone exornandis. Nexus praesertim sententiarum, dum poeta, brevitati studens, multa transilit cogitatione lectoris supplenda, non ubivis primo adspectu facile intelligitur. Nihil tamen uspiam in toto carmine deprehendi, quod lacerum sit, mutilum vel corruptum.

Quae quum ita se habeant, patet, editorem, qui in eiusmodi libro ingenio abuti voluerit ad sollicitandas lectiones probas, non ardelionis modo partes acturum fore, sed grave quoque piaculum contra antiquitatis auctoritatem admissurum. Restabat provincia, modica quidem ea et angusta, cui tamen administrandae sedulam dedi operam, ut eruditis fidem meam ac diligentiam approbarem. Tacite sustuli menda editionis Calcuttensis; attamen, si quis forte, (cui nec vehementer succenserem) docto cuidam Brachmano, Calcuttae degenti, plus fidei haberet quam mihi, ut is suo iudicio uti posset, omnium, in quibus nostra editio ab illa discrepat, indicem ad calcem adieci. Manifestos calami lapsus, a quibus nullus fere codex MSctus prorsus est immunis,

enotaveram quidem, sed ut chartae et lectoris taedio parcerem, silentio praetermisi. De paucis, quae variae lectionis nomine vere digna sunt visa, in *Adnotationibus criticis* disputavi; ita tamen, ut nihil eorum, etsi potiora arbitrabar, in textum inferrem, dummodo tolerabilis esset lectio Calcuttensis.

Codices Parisiaci quatuor sunt numero, omnes chartacei et eleganter litteris Dêvanagaricis exarati, quorum nunc sigla accuratius sunt exponenda, ut lector, Bibliothecam Franciae Regis aditurus, haud dubitanter cos cum excerptis meis conferre possit.

A. in Catalogo Hamiltoniano Codd. Mss. Sanscritorum Bibl. Reg. Paris. locum sextum inter Dêvanagaricos occupat, inscriptus chartae octuplicatae in transversum positae. Exhibet textum Bhagavad-Gîtae cum *Çrídhara-svámínis* commentario, cui titulus est *Subódhiní.*

B. in Catalogo Hamiltoniano numero VII notatus, scriptus est forma minima, ita ut quaevis pagina non ultra quinque lineas capiat, ornatus picturis quibusdam miniatis. Amplectitur *quinque Gemmas*, i. e. quinque episodia e *Mahábhárato*, insigni pietatis fama celebrata, inter quae Bhagavad-Gîta principem locum obtinet.

C. itidem forma minima, praecedenti est simillimus, facile tamen eo indicio distinguitur, quod Bhagavad-Gîtae textum solum continet, nec picturis ornatus est. In cat. Hamilt. no. VIII. notatus est.

D. non recensetur in Cat. Hamilton., nuper demum emtus cum compluribus aliis Codd. MSctis Sanscritis ex libris viri de litteris Indicis, quas ei utpote homini militari non nisi per interpretes ediscere vacaverat, liberali quodam studio optime meriti, De Polier, olim tribuni militum apud

Anglos, deinde apud Indiae, qui tunc fuit, imperatorem. Codex hic litteris crassioribus exaratus in charta, nisi fallor, non ab opificibus Indicis praeparata, sed ex Europa allata, a minus docta manu profectus est, non tamen plane contemnendus. Omnino Codd. B. et C. optimae sunt notae; Cod. A. commentario sese commendat, ceterum castigata scriptura hosce fortasse non aequat.

Ne cuiusquam in Bhagavad-Gîtae textu navatam operam invidiose dissimulasse videar, verbo monendum est de excerptis ex hoc carmine, quae Othmarus Frank, professor Herbipolitanus, Chrestomathiae suae Sanscritae parti secundae inseruit.

Prodierunt ea anno MDCCCXXI, quo tempore iam omnia praesidia ad editionem meam concinnandam paraveram: sed etiamsi multo prius in manus meas venissent, nihil quidquam in illis me visurum fuisse arbitror, quod ab instituto meo deterrere me posset. Exhibet Frankius, nescio quo consilio, carmen a capite et fine mancum: priorum quatuor lectionum *loca selecta*, sequentes usque ad tertiam decimam integras. Harum textum dedit nudum sine ulla animadversione; priorum excerptis interpretationem addidit: quam si quis intelligit, nae eum me sagaciorem esse, libenter fateor. Sustulit nonnulla menda editionis Calcuttensis, multo plura subsistere passus est, novos errores de suo haud paucos numero invexit: de quibus omnibus lectorem ne verbo quidem commonefecit. Ceterum in scribendi ratione, quatenus ea scribentis arbitrio permittitur, presse secutus est editionem Calcuttensem, servavit etiam morem istum, de quo mox agemus, incommodum sane, verba per integros versus continuandi. Apparet, enim nullo alio ex fonte, quam ex hoc, textum suum derivasse. Adde, quod paginae huius Chrestomathiae squalent litterarum,

quas editor lithographice exprimendas euravit, portentosa quadam deformitate. Tantopere abhorrent litterae Frankianae a formis consuetis, tam male et confuse sunt delineatae, ut vel exercitatissimum vario codicum charactere lectorem, nedum tironem, morari possint. Ipsum Gau'êçam, litterarum inventorem, si hasce inspicere posset, naso isto suo elephantino fastidiose inde averso, puto clamaturum esse, nec Dis nec hominibus eiusmodi litteras legendas debere proponi. Qua in re nulla tamen est artis lithographicae culpa: siquidem Bernstenius noster, professor Vratislaviensis, lithographice expressis nuper, in usum auditorum suorum, aliquot Hitôpadêçi paginis, ostendit, id elegantissime, et ita quidem, ut ipso adspectu oculi oblectentur, fieri posse.

Iam devenio ad nostram scribendi vocabula Sanscrita rationem, quae in omnia diversa abit ab editione Calcuttensi Bhagavad-Gitae, ceterorumque librorum, qui cura *Bábúrâmae* *) ibidem prodiere. Non tamen in textu hac ex parte ordinando arbitrio meo licenter indulsi, sed secutus sum tum exemplum virorum doctorum, qui hucusque libros Sanscritos edidere: Careyi et Marshmanni, Colebrookii, Caroli Wilkins et nostratis Boppii; tum consuetudinem, quam in codicibus Dêvanagaricis dominari observavi. Nam quod librarii Indici vocabula per integros versus continuant, id non fit ex ullo grammaticae artis praecepto, sed ut chartae parcatur, de qua nos minime solliciti sumus.

Nihil est, quod perspicuitati et facilitati legendi magis obstet: fac enim, lectorem grammaticam linguae Sanscritae et omnem dictionum copiam tam probe memoria tenere, ut sine ulla haesitatione infinitum paene

*) Brahmanum doctorum, Ed. I.

litterarum complexum in membra sua dispescere possit, ipsorum tamen oculorum errore, quae mens discrevit, denuo confundentur. Vel in sermone patrio quemvis haesurum esse arbitror, si quid copulatis sine intervallo litteris scriptum subito recitandum ei proponeretur.

Praeterea eis libri Sanscriti eduntur, qui summam istam linguae difficillimae facultatem nondum sunt adepti. Quamobrem magno consensu viri docti, quos supra memoravi, censuere, separanda esse scribendo verba, quatenus rite separari possent. Notum autem est, in sermone Sanscrito permulta, vocalitatis cuiusdam gratia, dum littera finalis et initialis sequentis vocabuli aut coalescunt aut variis modis sese invicem afficiunt, inter se copulari, quae grammatice sunt seiuncta. In hisce si hanc regulam ponamus, ubicunque aliquid mutatum sit in litteris contiguis, vocabula scriptione esse continuanda, ne scilicet effectus a caussa sua divellatur, nimis arctis finibus circumscribenda foret separandi facultas. Satius est igitur, naturales pronuntiandi leges solas spectare.

Recte monuit Boppius in praefatione sua ad episodium de *Nala*, quae in vocalem desinunt et a consonante excipiuntur, rite separari posse; consonantem finalem contra cum vocali sequenti in unam syllabam coalescere. Quod si consonans in fine vocabuli ab alia consonante excipitur, quoties prior aut reapse est tenuis, aut in tenuem abiit, licet eam apocopes signo apposito a sequenti vocabulo separare; media finalis vero, sive tenuis in mediam emollita, eget ope litterae *sonorae*, ut rite pronuntiari possit. Hoc et inde patet, quod Indi in fine versuum, ubi coniunctio litterarum cessat, mediam semper in tenuem commutant.

Excipienda tamen est conversio spiritus finalis (विसर्ग) in sibilantem vel *repha* superscriptum: haec enim coniunctionem vocabulorum postulat, etiamsi, ad nostrum

quidem sensum, pronuntiatione ea plane sunt distincta.

Spiritus finalis variis conversionibus est obnoxius, quae suis quaeque regulis determinantur. Id solum scribentis arbitrio est relictum, ut ante sibilantes aut locum suum tueri spiritus, aut in eam sibilantem, qua excipitur, transire possit.

Diversa est lex puncti superscripti (अनुस्वार), quod per *nasalem mutabilem* optime definiri potest. Id mutare non licet ante litteras quasdam: semivocales, sibilantes et adspirationem; ante vocales necessario in ultimam labialem convertitur; ante consonantes quinque ordinum aut scribi potest, aut converti in nasalem eius ordinis, a quo excipitur. In editionibus librorum Sanscritorum Calcuttensibus convertitur fere semper spiritus finalis ante sibilantes, et punctum superscriptum ante consonantes proprie sic dictas. Hunc morem nequaquam agnoscunt codices litteris Dêvanagaricis exarati, quotquot mihi quidem evolvere obtigit, et, nisi fallor, e scriptura Bengalica is irrepsit in Dêvanagaricam. Repudiandum censui, quoniam magnopere obstat separationi vocabulorum. Habet et hoc incommodi, quod notae terminationes, quasi aliam subinde personam induentes, lectorem minus exercitatum specie quadam nova atque incognita deludunt. Peccant librarii in codicibus Dêvanagaricis alteram in partem, quod puncto superscripto pro mero scripturae compendio in ipso simplicium vocabulorum corpore abutuntur, dum scribunt ex. gr. भवंति pro भवन्ति, ubi re vera non mutabilis est nasalis, sed definita, quae nunquam loco suo moveri possit.

Princeps orthographiae Sanscritae lex est, pronuntiationem quam fidelissime exprimere. Sed luserunt in ea Indorum grammatici et inepta sua sedulitate id effecerunt, ut rem, per se planissimam, intricatam et con-

fusam redderent. Sufficiat exemplum, quod vir clarissimus T. H. Colebrooke in Grammatica sua p. 30 adnotavit; vocabulum संस्कर्ता secundum quorundam grammaticorum praecepta centum et octo diversis modis scribi posse. Haec merae sunt nugae et vana subtilitatis ostentatio. Bene nobiscum actum est, quod librarii, ad finem laboris sui properantes, eiusmodi commenta non curarunt. Quid attinet, quaeso, litteras cumulare, quae nec distincte pronuntiari, neque auditu percipi possunt, nec denique ad quantitatem definiendam quidquam valent, rationem vero etymologicam plane turbant atque evertunt? Quotiescunque pluribus modis scribere licet, simplicissimum praeferendum esse existimo. Quare citra necessitatem geminatas litteras exulare iussi, eas contra, quae certa quadam derivandi regula nituntur, accurate conservavi. Ex. gr. minus recte scribitur बुध्वा तत्व सत्व, qualia passim tamen in libris editis leguntur, pro बुद्ध्वा तत्त्व सत्त्व et sic porro.

Haud mediocrem ad perspicuitatem vim habet aphaeresis signum (ऽ), quapropter ubique loco suo id apposui. Librarii istud plerumque negligunt, editores Calcuttenses non raro notam, toties ab ipsis quoque neglectam, alieno loco apponunt, ex. gr. ut significent, litram अ vel आ initio vocabuli cum eadem in fine praecedentis in singulam productam esse contractam. Haec omnino non est aphaeresis, sed synaloephe.

Verum de orthographia fusius in grammatica disputare oportebit. Vehementer autem est optandum, ut viri docti de hisce minutiis inter se consentiant, ne lector, quoties novum librum Sanscritum adierit, diverso scribendi mori adsuescere cogatur. De plurimis inter eos iam convenire video; de reliquis spero non nimis acriter disceptatum iri: nihil enim magis displicet castigato eruditorum Europaeorum iudicio, quam otiosae argutiae.

In adnotationibus criticis saepius provocavi ad metrum; dicendum igitur est aliquid de re metrica carminis nostri. Dubitanter ad hoc me accingo, in quo nullum alium ducem sequor, quam observationem meam usus poetici. Multa sane recondita profert V. Cl. H. T. Colebrooke in dissertatione sua de Poesi Sanscrita et Pracrita, praecipue de artificioso isto versificandi genere, tum in infinitum variato, tum severissimis legibus adstricto, quod poetae seriores coluerunt. De *Çloco* autem, metro simplicissimo et, ut videtur, antiquissimo, quod per omnem poesin epicam et gnomicam Indorum late dominatur et proprio nomine *Anusht'ubh* dicitur, brevior est, quam vellem, (As. Res. ed. Lond. Vol. X, p. 438, 439) et fateor me regulas ab eo traditas non satis assequi. Veniam mihi dabunt doctiores, si prima elementa paucis retractavero, quoniam ea arctissimo vinculo cum iis nexa sunt, quae nondum satis dilucidata mihi esse videntur.

Quantitatis leges linguae Sanscritae cum Graeca sunt communes: syllabae aut longae sunt, aut breves secundum vocalium naturam; producuntur praeterea positione. Vocales longae vero a brevibus eiusdem nominis signo peculiari ubique distinguuntur, ut adeo scriptura ipsa quantitatem patefaciat, quo commodo lingua Latina omnino caret, Graeca in litteris Simonideis duntaxat fruitur. Positionis regulae strictiores sunt, quam apud Graecos et Latinos; nam et liquidae et semivocales, et littera ह sive adspiratio, et spiritus finalis, cum quavis consonante coniunctae positionem faciunt, et littera क्ष sola per se syllabam antecedentem producit. Syllaba longa duorum est temporum, brevis unius, plane ut apud Graecos et Latinos. Duplici autem versuum genere poetas Indorum uti nos docet Colebrookius: quorum alterum quantitate metiuntur, videlicet ut syllaba-

rum numerus variari possit, dummodo temporum numerus constet; alterum certo syllabarum numero terminatur. Hoc posterius iterum in duo genera distribuitur, quorum alterum monoschematicum dicere possumus, in quo semper iidem pedes eodem ordine redeunt; alterum liberum sine ullo quantitatis respectu. Eiusmodi versus, nisi accedat ὁμοιοτέλευτον vel alia quaedam sonorum concinnitas, vix hoc nomine digni esse videntur. Quousque licentia versificandi evagetur in *Vedis*, ignoro; sed fieri potuit, ut propter antiquitatis reverentiam et divinam libri auctoritatem pro versibus haberentur, qui veri versus non sunt, aut saltem valde rudes et imperfecti. Istud vero metrum heroïcum et gnomicum, de quo nunc agitur, ad medium quoddam genus pertinet et mixtum ex utroque: quippe in cuius parte aliqua syllabis longis vel brevibus promiscue uti liceat, altera pars certis legibus sit adstricta. *Çlocus* est distichon, cuius uterque versus sedecim syllabis constat et caesura aequaliter dividitur. Nonnulli aiunt, *Çlocum* quaternis versibus octo syllabarum absolvi, sed accuratior est nostra ratio. Hoc enim interest inter caesuram et versus clausulam, quod coniunctio litterarum (संधि) caesuram egreditur, sistitur contra in fine versuum. Porriguntur quoque interdum ultra caesuram verba composita longiora, ita tamen, ut in membra sua legitima concidantur; quod in fine versuum nunquam fieri solet. Hoc vero commune habet caesura cum versus clausula, quod utrobique in ultima syllaba quantitatis ratio non habetur. Schema *Çloci* vulgatissimum hoc est:

⏓ ⏓ ⏓ ⏓ | ⏑ – – ⏒ || ⏓ ⏓ ⏓ ⏓ | ⏑ – ⏑ ⏓
⏓ ⏓ ⏓ ⏓ | ⏑ – – ⏒ || ⏓ ⏓ ⏓ ⏓ | ⏑ – ⏑ ⏓

Et id ipsum prae se ferunt versus isti, quos Vâlmîkis, metri huius inventor, inscius quasi et vehementi

affectu commotus, pronuntiasse narratur. (Râm. I, cap. 2, çl. 18.) In ultimo versuum pede nihil uspiam variatur, proximus ante caesuram locus varios pedes admittit, nunquam tamen, nisi fallor, diiambum vel secundum paeonem, scilicet ne similes evadant clausulae. Non adversatur rationi nostrae, quod in Rameïde *çlocus* in quatuor partes distribuitur:

पादैश्चतुर्भिः संयुक्तमिदं वाक्यं समाक्षरैः ।

nam poetica rei metricae expositio non nimis est urgenda. Et conciditur sane hoc distichon in quatuor membra vel articulos, numero syllabarum aequales; id modo teneamus, bina singulorum versuum membra rhythmo, in quem exeunt, esse diversa et sibi invicem quodammodo opposita.

Duobus duntaxat metris utitur Bhagavad-Gîtae auctor: *Çloco*, de quo iam egimus, per universum carminis sui tenorem; quotiescunque vero spiritu lyrico altius exsurgit, alia quadam distichorum specie, quorum singuli versus viginti duabus syllabis concluduntur. Huius metri, quod ad genus *Trisht'ubh* pertinet, schema maxime usitatum hoc est:

⏓ – ⏑ – | – ⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏒ || ⏓ – ⏑ – | – ⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏒
⏓ – ⏑ – | – ⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏒ || ⏓ – ⏑ – | – ⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏒

Est et hoc mixti generis: ultimus pes quaternorum membrorum inter se aequalium semper idem est; ceterae sedes nonnullos alios pedes admittunt, hunc fere in modum:

⏓ – ⏑ –	– ⏑ ⏑	– ⏑ – ⏒	⏓ – ⏑ –	– ⏑ ⏑	– ⏑ – ⏒
⏓ – – –	⏑ ⏑ –		⏓ – – –	⏑ ⏑ –	
	– ⏑ –			– ⏑ –	

Haec hactenus. Quae eo potissimum consilio protuli, ut certiora edocerer. Etenim versificandi ratio

maximi est in re critica momenti. Metro vitiato suspecta fit lectio; sed metrum claudicare non tuto pronuntiare possumus, nisi leges metricas penitus exploratas habeamus.

In interpretatione mea Bhagavad-Gîtae elaboranda interpretationem Anglicam V. Cl. Caroli Wilkins magno mihi adiumento fuisse, non modo non diffiteor, sed ultro gratoque animo id agnosco. Nonnullis tamen in locis ab antecessoris mei vestigiis abscedendum esse arbitratus sum: quod utrum recte fecerim necne, ipse eruditissimus interpres Anglus, si, quae tot ante annos scripsit, revisere voluerit, ceterique harum litterarum arbitri iudicabunt. Praecipua autem mihi cura fuit, ut tum Latine, tum perspicue scriberem, quandoquidem nihil efficitur interpretatione, quam per se satis bene intelligere nequeas, nisi eum ipsum librum, unde expressa sit, commentarii vice evolvas. Quod si quis novum et inauditum loquendi morem invehat, dum, adversante eius linguae, qua utitur, genio. verbum e verbo reddere conatur: necessario evenit, ut locutiones verborumque conclusiones, quae linguae longe diversae indolis propriae sunt ac domesticae, ideoque leniter profluunt, praepostera imitatione effictae, lectoribus contortae videantur atque inexplicabiles.

Ceterum linguam Latinam valde idoneam existimo, in quam libri Sanscriti convertantur. Non gravatur ea sarcinis istis particularum, articulorum, tum definiti tum indefiniti, pronominum personalium, verborumque diversi generis auxiliarium, quas pleraeque populorum Europae recentiorum linguae secum trahere coguntur, propter terminationum inopiam, quibus genera, numeri, casus nominum, personae, tempora, modi verborum apte et cum sonora quadam suavitate discriminantur. Idcirco sermo Latinus tum verborum structuras, quales sunt in

lingua Sanscrita, et inversiones audacissimas feliciter imitari potest, quum ipsae terminationes prodant, quaenam dictiones, etsi longo verborum ambitu disiunctae, sensu inter se sint colligandae, tum brevitatem aemulari, quae magis ad verborum numerum, quo sententia quaedam absolvi possit, quam syllabarum est exigenda. In uno tamen lingua Graeca propius ad Sanscritam accedere videri debet et praeferenda foret, si parem eius scribendae facultatem haberemus: in licentia componendi, inquam, et nova subinde vocabula e variis membris apte coagmentatis fingendi. Quo in genere nunquam lingua Latina Graecam aequavit, Sanscrita vel Graecae antecellit. Attamen non plane destituta est compositis vocabulis lingua Latina, nisi, fastidio saeculi Augustei ducti, Enniana, Pacuviana, Lucretiana pleraque respuere velimus. Quidni et nobis aliquid novi fingere liceat, dummodo id analogiae sit consentaneum, neque ulli ambiguitati obnoxium? Vocabula composita tum poesin splendidissime ornant, tum magnam vim habent et utilitatem in severiorum scientiarum disciplina, philosophica, mathematica, physica, concise et accurate tradenda. Haec posterior provincia propria est earum dictionum, quas *abstractas* appellare solent. Utrisque lingua Sanscrita abundat; abstractas, contra usum plerarumque linguarum, in poesi quoque liberaliter admittit. Negari nequit, in hoc etiam genere linguam Latinam nimis angustis finibus esse circumscriptam: Romani magis rebus agendis nati, quam otiosis ingenii subtilitatibus, quidquam in sermone suo proferre reformidarunt, quod ab usu vulgari abhorreret. Queritur Quintilianus, quae Sergius Flavius ex Graeco formaverat, admodum dura esse. Utinam plura Flaviana haberemus! Melioris ea forent notae, quam quae seriores excogitarunt. Ut nunc se res habet, alicubi more Romanorum confugien-

dum est ad Graeca; interdum Latinitatem patrum ecclesiae in auxilium vocabimus. Est sane incommoda duplex haec linguae Latinae inopia, sed compensatur reliquis, quas supra exposui, virtutibus.

Video nonnullos, cum in notiones philosophis Indicis peculiares incidunt, a sensu nostro adeo remotas, ut vix ullum vocabulum nobis usitatum iis plane respondeat, ipsum vocabulum Sanscritum in interpretationem suam inferre solere. Atqui, ex mea quidem sententia, hoc non est e peregrino sermone in nostrum convertere, sed nihil aliud quam verba Sanscrita litteris Latinis scribere. Ergo conatus sum omnia Latina facere, et notionum quoque philosophicarum veram vim et indolem exprimere, quatenus id sine longis verborum ambagibus fieri posset. Sed in reconditioribus me semper poetae mentem recte divinasse, affirmare non ausim.

Omnino, diserte hoc declaro, ne cuiusquam exspectationem fallam: in iis, quae hucusque perfeci, criticam et grammaticam Bhagavad-Gîtae rationem sic satis expediisse mihi videor; philosophicam nondum attigi. Altioris ea est indaginis, quam quae in procinctu et opera tumultuaria tradi possit. Explicanda est universa poetae de rebus divinis humanisque doctrina; explicandus porro nexus singularum sententiarum cum primis, quae ponit, philosophiae suae fundamentis; in qua opera neminem feliciter versaturum esse puto, nisi prius meliores de hoc carmine scriptos commentarios, qui plurimi exstant, accurate inspexerit. Mihi ex uno, supra memorato, partem aliquam duntaxat describere Parisiis vacavit: unde tamen haud mediocrem fructum percepi. Insunt praeterea carmini nostro mythologica multa, quae expositione indigent. Disputandum erit denique de poetae aetate, quem nonnulli ad recentiora saecula de-

trudunt mihi, ut hoc praecipiam, vetustissimus videtur. Sine dubio valde antiqua fuit apud Indos philosophiae origo. Narratur in Rameïde, in sanctissimo illo sacrificio, equi immolatione, quod rex Daçarathas celebravit, ut filios sibi a Deum concilio expeteret, Brachmanos post convivium de rationibus philosophicis inter se concertasse (*Râm.* I. c. 12, çl. 23—25). *) Quod si omnia, quae ad cultum humanitatis spectant, longe antiquiora apud Indos et Aegyptios, quam apud Graecos, fuisse constat: quidni illis Pythagoram suum vel Platonem concedamus multis saeculis ante, quam hi, quos nominavi, philosophi, et ipsi sacerdotum Aegyptiorum disciplina imbuti, in Graecia florerent? Sed haec obiter: res enim strictioribus argumentis, tum e carminis ipsius indole et stilo, tum ex universa religionum ac philosophiae per Indiam historia petitis, erit conficienda.

Eiusmodi igitur commentarium, quo Bhagavad-Gita mythologice, historice, philosophice illustretur, edere decrevi, quamprimum eius conscribendi facultas mihi concessa fuerit; et tunc demum omni ex parte interpretis munere me defunctum esse putabo.

Haec fere erant praecipua, quae praemonenda censerem. Unum superest. Magistrorum reverentia a Brachmanis inter sanctissima pietatis officia refertur. In quo plane me habent doctrinae suae sectatorem, et religio foret, in ipso priscae sapientiae aditu huius officii oblivisci. Ergo te primum, vates sanctissime, Numinisque hypopheta, quisquis tandem inter mortales dictus tu fueris, carminis huius auctor, cuius oraculis mens ad excelsa quaeque, aeterna atque divina cum inenarrabili quadam delectatione rapitur: te primum, inquam, ve-

*) ed. Seramp. — I, 13, 21—23. ed. Bonn.

nerabundus salvere iubeo, et vestigia semper adoro. Vos porro, viri doctissimi, qui laboribus vestris haec Musarum avia mihi aperuistis; inprimis tu, vir amicissime, qui linguae Brachmanum sacrae elementa ore tuo suavissimo mihi tradere haud dedignatus es: tu quoque, frater dilectissime, qui exemplo tuo ad opus arduum suscipiendum me excitasti: pro beneficio in me collato gratias, quas ego agere possum, maximas acceptas habetote. Vos autem omnes, qui haec lecturi estis, ut, quae in praesentia offerre vobis potui, boni consulatis, oro rogoque.

BHAGAVAD-GITA

ID EST

ΘΕΣΠΕΣΙΟΝ ΜΕΛΟΣ,

SIVE

ALMI CRISHNAE ET ARJUNAE

COLLOQUIUM

DE REBUS DIVINIS.

LECTIO I.

॥ ॐ ॥

॥ धृतराष्ट्र उवाच ॥

धर्मक्षेत्रे कुरुक्षेत्रे समवेता युयुत्सवः ।
मामकाः पाण्डवाश्चैव किमकुर्वत संजय ॥ १ ॥

॥ संजय उवाच ॥

दृष्ट्वा तु पाण्डवानीकं व्यूढं दुर्योधनस्तदा ।
आचार्यमुपसंगम्य राजा वचनमब्रवीत् ॥ २ ॥
पश्यैतां पाण्डुपुत्राणामाचार्य महतीं चमूं ।
व्यूढां द्रुपदपुत्रेण तव शिष्येण धीमता ॥ ३ ॥

Dhritarashtras *loquitur:*

In agro sancto, Curûs agro, congressi procliabundi no- 1.
strates Pânduidaeque, quid fecerunt, o Sanjaya?

Sanjayas *loquitur:*

Conspecto quidem Pânduidarum agmine instructo, Dur- 2.
yôdhanas rex illico, ad magistrum *militiae Drônam* propius
accedens, talem sermonem edidit: »Adspice hanc Pândûs 3.
»filiorum, o magister! ingentem aciem, instructam a Drupa-

अत्र शूरा महेष्वासा भीमार्जुनसमा युधि ।
युयुधानो विराटश्च द्रुपदश्च महारथः ॥ ४ ॥
धृष्टकेतुश्चेकितानः काशिराजश्च वीर्यवान् ।
पुरुजित् कुन्तिभोजश्च शैब्यश्च नरपुंगवः ॥ ५ ॥
युधामन्युश्च विक्रान्त उत्तमौजाश्च वीर्यवान् ।
सौभद्रो द्रौपदेयाश्च सर्व एव महारथाः ॥ ६ ॥
अस्माकं तु विशिष्टा ये तान् निबोध द्विजोत्तम ।
नायका मम सैन्यस्य संज्ञार्थं तान् ब्रवीमि ते ॥ ७ ॥
भवान् भीष्मश्च कर्णश्च कृपश्च समितिंजयः ।
अश्वत्थामा विकर्णश्च सौमदत्तिस्तथैव च ॥ ८ ॥
अन्ये च बहवः शूरा मदर्थे त्यक्तजीविताः ।
नानाशस्त्रप्रहरणाः सर्वे युद्धविशारदाः ॥ ९ ॥

4. »dae filio, tuo discipulo sollerti. Ibi sunt heroës arcitenen-
»tes, Bhîmae et Arjunae pares in proelio: Yuyudhânas, Vi-
5. »râtasque, Drupadasque, magno curru vectus, Dhrishtacêtus,
»Chêkitânas, Casidisque rex animosus, Purujites Cuntibôjas-
6. »que, Saivyasque hominum princeps, Yudhâmanyusque egre-
»gius, Uttamaujasesque fortis, Subhadrides Drupadidisque filii,
7. »omnes aeque magnis curribus vecti. Nostrorum autem qui
»praecipui, hos animadverte, bis natorum praestantissime,
8. »duces exercitus mei: ut te perdoceam, eos memoro. Tu
»ipse, Bhîshmasque, Carnasque, Cripasque bellorum profliga-
9. »tor, Asvatthâman, Vicarnasque, nec non Somadattides, alii-
»que multi heroës, mei gratia animae prodigi, varia tela co-

अपर्याप्तं तदस्माकं बलं भीष्माभिरक्षितं ।
पर्याप्तं त्विदमेतेषां बलं भीमाभिरक्षितं ॥ १० ॥
अयनेषु च सर्वेषु यथाभागमवस्थिताः ।
भीष्ममेवाभिरक्षन्तु भवन्तः सर्व एव हि ॥ ११ ॥
तस्य संजनयन् हर्षं कुरुवृद्धः पितामहः ।
सिंहनादं विनद्योच्चैः शङ्खं दध्मौ प्रतापवान् ॥ १२ ॥
ततः शङ्खाश्च भेर्यश्च पणवानकगोमुखाः ।
सहसैवाभ्यहन्यन्त स शब्दस्तुमुलोऽभवत् ॥ १३ ॥
ततः श्वेतैर्हयैर्युक्ते महति स्यन्दने स्थितौ ।
माधवः पाण्डवश्चैव दिव्यौ शङ्खौ प्रदध्मतुः ॥ १४ ॥
पाञ्चजन्यं हृषीकेशो देवदत्तं धनंजयः ।
पौण्ड्रं दध्मौ महाशङ्खं भीमकर्मा वृकोदरः ॥ १५ ॥

»ruscantes, omnes procliorum gnari. Impar certamini est hic 10.
»noster exercitus, cui Bhîshmas praeest; idoneus vero iste illo-
»rum exercitus, cui Bhîmas praeest. At per tramites aciei 11.
»cunctos secundum ordines collocati Bhîshmae utique opem fe-
»runto proceres nostri, quotquot sunt.« Illius animos exci- 12.
taturus grandaevus Curuidarum progenitor, leonino rugitu
clare insonans, concham inflavit vir excelsus. Tunc bucci- 13.
naeque, tympanaque, cymbala, cornua, tubae subito ictu con-
crepuere: is clangor tumultus instar fuit. Tunc in curru in- 14.
genti candidis equis iuncto stantes, Madhûs occisor et Pân-
duides, conchas suas coelestes inflavere: ille, sensuum do- 15.
mitor, Giganteam; hic, opum contemtor, Theodoten. Ma-

अनन्तविजयं राजा कुन्तीपुत्रो युधिष्ठिरः ।
नकुलः सहदेवश्च सुघोषमणिपुष्पकौ ॥ १६ ॥
काश्यश्च परमेष्वासः शिखण्डी च महारथः ।
धृष्टद्युम्नो विराटश्च सात्यकिश्चापराजितः ॥ १७ ॥
द्रुपदो द्रौपदेयाश्च सर्वशः पृथिवीपते ।
सौभद्रश्च महाबाहुः शङ्खान् दध्मुः पृथक् पृथक् ॥ १८ ॥
स घोषो धार्तराष्ट्राणां हृदयानि व्यदारयत ।
नभश्च पृथिवीं चैव तुमुलो व्यनुनादयन् ॥ १९ ॥
अथ व्यवस्थितान् दृष्ट्वा धार्तराष्ट्रान् कपिध्वजः ।
प्रवृत्ते शस्त्रसंपाते धनुरुद्यम्य पाण्डवः ॥ २० ॥
हृषीकेशं तदा वाक्यमिदमाह महीपते ।
सेनयोरुभयोर्मध्ये रथं स्थापय मेऽच्युत ॥ २१ ॥

gnam concham, Arundineam nomine, inflavit Bhîmas, ab au-
16. sis horrendis dictus, lupinis visceribus; Triumphatricem Yu-
dhishthiras, Cuntidis filius; Naculas Sahadêvasque Dulcisonam
17. et Gemmifloream. Câsidisque rex arcitenens, et Sikhandin,
magno curru invectus, Drishtadyumnas, Virâtasque Sâtyaces-
18. que semper invictus, Drupadas Drupadidisque nati quotquot
erant, terrarum domine, Subhadridesque validis brachiis, con-
19. chas inflavere singuli singulas. Dhritarâshtridarum corda la-
ceravit concentus iste, tumultu coelum terramque personante.
20. Tunc, visis Dhritarâshtridis in acie dispositis, simiae effigiem
in vexillo gestans Pânduides, quum iam tela intervolitarent,
21. arcum expromsit, et illico Crishnam his verbis allocutus est,

यावदेतान् निरीक्षे ऽहं योद्धुकामानवस्थितान् ।
कैर्मया सह योद्धव्यमस्मिन् रणसमुद्यमे ॥ २२ ॥
योत्स्यमानानवेक्षे ऽहं य एते ऽत्र समागताः ।
धार्तराष्ट्रस्य दुर्बुद्धेर्युद्धे प्रियचिकीर्षवः ॥ २३ ॥

॥ संजय उवाच ॥

एवमुक्तो हृषीकेशो गुडाकेशेन भारत ।
सेनयोरुभयोर्मध्ये स्थापयित्वा रथोत्तमं ॥ २४ ॥
भीष्मद्रोणप्रमुखतः सर्वेषां च महीक्षितां ।
उवाच पार्थ पश्यैतान् समवेतान् कुरून् इति ॥ २५ ॥
तत्रापश्यत् स्थितान् पार्थः पितॄन् अथ पितामहान् ।
आचार्यान् मातुलान् भ्रातॄन् पुत्रान् पौत्रान् सखींस्तथा ॥

o terrarum domine: »In utrinsque agminis intervallo currum
»siste mihi, o Dive! donec istos perlustravero pugnandi cu- 22.
»pidos in acie constitutos, quinam sint, quibuscum mihi pu-
»gnandum in hoc belli discrimine. Procliaturos equidem in- 23.
»telligo istos, qui huc convenere, Dhritarâshtrae filio scele-
»rato pugna gratificari volentes.»

Sanjayas *loquitur:*

Ita compellatus Crishnas ab Arjuna, o Bhârata, in utrius- 24.
que agminis intervallo currum sistens egregium, Bhîshma Drô- 25.
naque coram, universisque proceribus, En tibi, inquit, istos
Curuidas huc progressos! Ibi vidit stantes Arjunas patres atque 26.
avos, magistros, avunculos, fratres, filios, nepotes, nec non

श्वशुरान् सुहृदश्चैव सेनयोरुभयोरपि ।
तान् समीक्ष्य स कौन्तेयः सर्वान् बन्धूनवस्थितान् ॥२७॥
कृपया परयाविष्टो विषीदन्निदमब्रवीत् ।

॥ अर्जुन उवाच ॥

दृष्ट्वेमं स्वजनं कृष्ण युयुत्सुं समुपस्थितं ॥ २८ ॥
सीदन्ति मम गात्राणि मुखं च परिशुष्यति ।
वेपथुश्च शरीरे मे रोमहर्षश्च जायते ॥ २९ ॥
गाण्डीवं स्रंसते हस्तात् त्वक् चैव परिदह्यते ।
न च शक्नोम्यवस्थातुं भ्रमतीव च मे मनः ॥ ३० ॥
निमित्तानि च पश्यामि विपरीतानि केशव ।
न च श्रेयोऽनुपश्यामि हत्वा स्वजनमाहवे ॥ ३१ ॥

27. familiares, soceros et amicos quoque, pariter in utroque ag-
mine. Hosce conspiciens ille, Cuntidis natus, universos co-
28. gnatos in acie stantes, summa miseratione commotus fracto
animo haec prolocutus est:

ARJUNAS *loquitur:*

Visa ista cognatorum turba, qui proeliabundi huc pro-
29. gressi sunt, fatiscunt mihi membra, et os exsangue conta-
bescit, tremorque corpus meum pilorumque horror occupat;
30. arcus elabitur manu, et cutis penitus peruritur, nec iam con-
31. sistere valeo, et mens mea quasi titubat. Atque omina video
infelicia, o Pulcricome, nec fausti quidquam praevideo, co-

न काङ्क्षे विजयं कृष्ण न च राज्यं सुखानि च ।
किं नो राज्येन गोविन्द किं भोगैर्जीवितेन वा ॥ ३२ ॥
येषामर्थे काङ्क्षितं नो राज्यं भोगाः सुखानि च ।
त इमे ऽवस्थिता युद्धे प्राणांस्त्यक्त्वा धनानि च ॥ ३३ ॥
आचार्याः पितरः पुत्रास्तथैव च पितामहाः ।
मातुलाः श्वशुराः पौत्राः श्यालाः संबन्धिनस्तथा ॥ ३४ ॥
एतान् न हन्तुमिच्छामि घ्नतो ऽपि मधुसूदन ।
अपि त्रैलोक्यराज्यस्य हेतोः किं नु महीकृते ॥ ३५ ॥
निहत्य धार्तराष्ट्रान् नः का प्रीतिः स्याज्जनार्दन ।
पापमेवाश्रयेदस्मान् हत्वैतानाततायिनः ॥ ३६ ॥
तस्मान्नार्हा वयं हन्तुं धार्तराष्ट्रान् सबान्धवान् ।
स्वजनं हि कथं हत्वा सुखिनः स्याम माधव ॥ ३७ ॥

gnatis in acie caesis. Haud cupio victoriam, Crishna, neque 32.
imperium, nec voluptates. Quorsum nobis imperium, Na-
mie? quorsum opes vel vita etiam? Quorum grátia cupiuntur 33.
a nobis imperium, opes voluptatesque, ii ipsi ad pugnam con-
gressi sunt, anima divitiisque suis proiectis: magistri, patres, 34.
filii, avique itidem, avunculi, soceri, nepotes, leviri, denique
consanguinei. Istos caedere nolo, vel maxime caedentes, o 35.
Madhûs interfector! ne mundo quidem tergemino imperandi
gratia, nedum propter terrae possessionem. Occisis Dhrita- 36.
râshtridis quaenam laetitia nobis siet, o mortalium votis ex-
petite? Scelere sane imbueremur caesis istis praedonibus.
Quapropter nos non decet caedere Dhritarâshtridas cum gen- 37.

यद्यप्येते न पश्यन्ति लोभोपहतचेतसः ।
कुलक्षयकृतं दोषं मित्रद्रोहे च पातकं ॥ ३८ ॥
कथं न ज्ञेयमस्माभिः पापादस्मान्निवर्तितुं ।
कुलक्षयकृतं दोषं प्रपश्यद्भिर्जनार्दन ॥ ३९ ॥
कुलक्षये प्रणश्यन्ति कुलधर्माः सनातनाः ।
धर्मे नष्टे कुलं कृत्स्नमधर्मोऽभिभवत्युत ॥ ४० ॥
अधर्माभिभवात् कृष्ण प्रदुष्यन्ति कुलस्त्रियः ।
स्त्रीषु दुष्टासु वार्ष्णेय जायते वर्णसंकरः ॥ ४१ ॥
संकरो नरकायैव कुलघ्नानां कुलस्य च ।
पतन्ति पितरो ह्येषां लुप्तपिण्डोदकक्रियाः ॥ ४२ ॥
दोषैरेतैः कुलघ्नानां वर्णसंकरकारकैः ।
उत्साद्यन्ते जातिधर्माः कुलधर्माश्च शाश्वताः ॥ ४३ ॥

tilibus suis. Quomodo tandem cognatis caesis fortunati simus,
38. o Crishna? Etiamsi isti, quibus mens sana libidine exentitur,
non vident stirpium excidio admissum nefas, et in amicos sac-
39. viendi delictum: quomodo nobis non foret statuendum refugere
hoc scelus, *nobis, inquam*, stirpium excidio admissum nefas
40. praevidentibus, o mortalium votis expetite? Stirpium excidio
delentur sacra gentilitia perennia; religione deleta per omnem
41. stirpem gliscit impietas; impietate gliscente, Crishna, corrum-
puntur feminae nobiles; feminis corruptis, Vrishnida, exsistit
42. ordinum colluvies; colluvies ordinum infernis mancipat stirpis
parricidas ipsamque stirpem: nimirum praecipitant *e Superis* ho-
43. rum maiores, liborum ac libationum solemnibus privati. Delictis

उत्सन्नकुलधर्माणां मनुष्याणां जनार्दन ।
नरके नियतं वासो भवतीत्यनुशुश्रुम ॥ ४४ ॥
अहोवत महत् पापं कर्तुं व्यवसिता वयं ।
यद्राज्यसुखलोभेन हन्तुं स्वजनमुद्यताः ॥ ४५ ॥
यदि मामप्रतीकारमशस्त्रं शस्त्रपाणयः ।
धार्तराष्ट्रा रणे हन्युस्तन्मे क्षेमतरं भवेत् ॥ ४६ ॥

॥ संजय उवाच ॥

एवमुक्त्वार्जुनः संख्ये रथोपस्थ उपाविशत् ।
विसृज्य सशरं चापं शोकसंविग्नमानसः ॥ ४७ ॥

इति श्रीभगवद्गीतासूपनिषत्सु ब्रह्मविद्यायां योगशास्त्रे श्रीकृष्णार्जुनसंवादे अर्जुनविषादो नाम प्रथमोऽध्यायः

॥ १ ॥

parricidarum stirpis hisce, ordinum colluviem invehentibus,
evertuntur ordinum sacra et sacra gentilitia perpetua; eversis 44.
sacris gentilitiis viventium hominum, o mortalium votis expe-
tite, apud inferos utique domicilium. Sic e libris sacris edocti
sumus. Eheu! quantum piaculum committere decrevimus, 45.
quod imperandi dulcedine allecti, cognatos caedere parati su-
mus! Quin si me haud renitentem, inermem, tela manibus vi- 46.
brantes Dhritarâshtridae necarent, melius mecum actum foret.

Sanjayas *loquitur:*

Sic locutus Arjunas in acie, in currus sedili consedit, di- 47.
misso e *manibus* arcu cum sagitta, animo moestitia conturbato.

LECTIO II.

॥ संजय उवाच ॥

तं तथा कृपयाविष्टमश्रुपूर्णाकुलेक्षणं ।
विषीदन्तमिदं वाक्यमुवाच मधुसूदनः ॥ १ ॥

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

कुतस्त्वा कश्मलमिदं विषमे समुपस्थितं ।
अनार्यजुष्टमस्वर्ग्यमकीर्तिकरमर्जुन ॥ २ ॥
क्लैब्यं मास्म गमः पार्थ नैतत् त्वय्युपपद्यते ।
क्षुद्रं हृदयदौर्बल्यं त्यक्त्वोत्तिष्ठ परंतप ॥ ३ ॥

SANJAYAS *loquitur:*

1. Hunc, misericordia ita commotum, lacrimis turbatos oculos suffusum, despondentem, his verbis affatus est Madhûs interfector:

ALMUM NUMEN *loquitur:*

2. Unde te haec perturbatio in rerum discrimine repente subiit, indigna honestis, viam ad Superos obstruens, inglo-
3. ria, o Arjuna? Noli mollitiae effeminatae te tradere: non hoc te decet. Vili socordia abiecta, age exsurge, hostium vexator.

॥ अर्जुन उवाच ॥

कथं भीष्ममहं संख्ये द्रोणं च मधुसूदन ।
इषुभिः प्रतियोत्स्यामि पूजार्हावरिसूदन ॥ ४ ॥
गुरूनहत्वा हि महानुभावान्
श्रेयो भोक्तुं भैक्ष्यमपीह लोके ।
हत्वार्थकामांस्तु गुरूनिहैव
भुञ्जीय भोगान् रुधिरप्रदिग्धान् ॥ ५ ॥
न चैतद्विद्मः कतरं नो गरीयो
यद्वा जयेम यदि वा नो जयेयुः ।
यानेव हत्वा न जिजीविषामस्
तेऽवस्थिताः प्रमुखे धार्तराष्ट्राः ॥ ६ ॥
कार्पण्यदोषोपहतस्वभावः
पृच्छामि त्वां धर्मसंमूढचेताः ।

ARJUNAS *loquitur:*

Quomodo Bhîshmam ego in proelio Drônamque, o Ma- 4.
dhûs interfector, sagittis impugnabo? Ambo mihi veneraudi,
hostium interfector! Magistris magnopere suspiciendis haud 5.
caesis melius sane foret pane emendicato vesci per hoc aevum;
caesis vero magistris opum avidis, quoad vivam, vescar da-
pibus sanguine pollutis. Neque hoc novimus, utrum praestan- 6.
tius futurum sit nobis, ut vel victores exsistamus, vel isti nos
vincant. Quibus caesis vivere nos non iuvabit, ii ipsi con-
stitere ex adverso. Miseratione et formidine culpae fracta 7.

यच्छ्रेयःस्यान्निश्चितं ब्रूहि तन्मे
शिष्यस्तेऽहं शाधि मां त्वां प्रपन्नं ॥ ७ ॥
न हि प्रपश्यामि ममापनुद्याद्
यच्छोकमुच्छोषणमिन्द्रियाणां ।
अवाप्य भूमावसपत्नमृद्धं
राज्यं सुराणामपि चाधिपत्यं ॥ ८ ॥

॥ संजय उवाच ॥

एवमुक्त्वा हृषीकेशं गुडाकेशः परंतपः ।
न योत्स्य इति गोविन्दमुक्त्वा तूष्णीं बभूव ह ॥ ९ ॥
तमुवाच हृषीकेशः प्रहसन्निव भारत ।
सेनयोरुभयोर्मध्ये विषीदन्तमिदं वचः ॥ १० ॥

indole, percontor te, religione mentem attonitus, quodnam consilium sit magis salutare? Declara hoc mihi. Discipulus
8. tuus ego sum: doce me, ad te conversum. Haud equidem praevideo, quid mihi propellat moerorem, sensus meos torrentem, etsi nanciscar in orbe terrarum amplum sine rivali regnum, in divosque ipsos etiam imperium.

SANJAYAS *loquitur:*

9. His verbis affatus Crishnam Arjunas, hostium vexator, »Haud pugnabo!« ita allocutus Nomium, conticuit ille quidem.
10. Hunc compellavit Crishnas, leniter arridens, o Bhârata, in utriusque agminis intervallo, despondentem his verbis:

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

अशोच्यानन्वशोचस्त्वं प्रज्ञावादांश्च भाषसे ।
गतासूनगतासूंश्च नानुशोचन्ति पण्डिताः ॥ ११ ॥
न त्वेवाहं जातु नासं न त्वं नेमे जनाधिपाः ।
न चैव न भविष्यामः सर्वे वयमतः परं ॥ १२ ॥
देहिनोऽस्मिन् यथा देहे कौमारं यौवनं जरा ।
तथा देहान्तरप्राप्तिर्धीरस्तत्र न मुह्यति ॥ १३ ॥
मात्रास्पर्शास्तु कौन्तेय शीतोष्णसुखदुःखदाः ।
आगमापायिनोऽनित्यास्तांस्तितिक्षस्व भारत ॥ १४ ॥
यं हि न व्यथयन्त्येते पुरुषं पुरुषर्षभ ।
समदुःखसुखं धीरं सोऽमृतत्वाय कल्पते ॥ १५ ॥

Almum Numen *loquitur:*

Non lugendos luctu prosecutus es, at convenientes sa- 11.
pientiae sermones profers. Vita defunctos vel nondum de-
functos luctu non prosequuntur sapientes. Neque enim ego 12.
unquam non fui, nec tu, neque isti mortalium reges; neque
est quando non futuri simus nos universi in posterum. Si- 13.
cuti animantis in hoc corpore est infantia, iuventus, senium,
perinde etiam novi corporis instauratio: cordatus heic non
trepidat. Elementorum autem contactus, Cuntidis nate, fri- 14.
gus caloremve, voluptatem molestiamve praebentes, recipro-
cantes sunt ac fluxi: hos tu perfer, Bhârata. Quem hi non 15.
perturbant virum, o vir eximie, in voluptate ac molestia sibi

नासतो विद्यते भावो नाभावो विद्यते सतः ।
उभयोरपि दृष्टो ऽन्तस्त्वनयोस्तत्त्वदर्शिभिः ॥ १६ ॥
अविनाशि तु तद्विद्धि येन सर्वमिदं ततं ।
विनाशमव्ययस्यास्य न कश्चित् कर्तुमर्हति ॥ १७ ॥
अन्तवन्त इमे देहा नित्यस्योक्ताः शरीरिणः ।
अनाशिनो ऽप्रमेयस्य तस्माद्युध्यस्व भारत ॥ १८ ॥
य एनं वेत्ति हन्तारं यश्चैनं मन्यते हतं ।
उभौ तौ न विजानीतो नायं हन्ति न हन्यते ॥ १९ ॥
न जायते म्रियते वा कदाचिन्
नायं भूत्वा भविता वा न भूयः ।
अजो नित्यः शाश्वतो ऽयं पुराणो
न हन्यते हन्यमाने शरीरे ॥ २० ॥

16. parem, constantem, is ad immortalitatem conformatur. Quod
vere non est, id fieri nequit ut exsistat; nec ut esse desinat,
quod vere est; amborumque horum perspectum discrimen iis,
17. qui rerum veritatem cernunt. Indelebile autem, hoc scias,
est illud, a quo Universum hoc expansum: deletionem inex-
18. hausti istius nemini efficere licet. Caduca haec corpora e
sapientum sententia tenentur a spiritu immutabili, indelebili
19. atque infinito: quare pugna, o Bhârata! Qui eum arbitratur
occisorem, quive eundem censet occisum, hi ambo non recte
20. intelligunt; neque occidit ille, neque occiditur. Non nasci-
tur moriturve unquam; non ille olim ortus est, neque in pos-
terum denuo oriturus; innatus, immutabilis, aeternus ille,

वेदाविनाशिनं नित्यं य एनमजमव्ययं ।
कथं स पुरुषः पार्थ कं घातयति हन्ति कं ॥ २१ ॥
वासांसि जीर्णानि यथा विहाय
नवानि गृह्णाति नरोऽपराणि ।
तथा शरीराणि विहाय जीर्णान्य्
अन्यानि संयाति नवानि देही ॥ २२ ॥
नैनं छिन्दन्ति शस्त्राणि नैनं दहति पावकः ।
न चैनं क्लेदयन्त्यापो न शोषयति मारुतः ॥ २३ ॥
अच्छेद्योऽयमदाह्योऽयमक्लेद्योऽशोष्य एव च ।
नित्यः सर्वगतः स्थाणुरचलोऽयं सनातनः ॥ २४ ॥
अव्यक्तोऽयमचिन्त्योऽयमविकार्योऽयमुच्यते ।
तस्मादेवं विदित्वैनं नानुशोचितुमर्हसि ॥ २५ ॥

priscus, non occiditur occiso corpore. Qui illum novit inde- 21.
lebilem, aeternum, innatum, inexhaustum, quomodo is homo
quempiam aut aliorum ministerio, aut sua manu occidat? Per- 22.
inde ac vestibus obsoletis abiectis, novas sumit homo alias,
sic abiectis corporibus obsoletis, alia ingreditur nova spiri-
tus. Non illum penetrant tela, non illum comburit flamma, 23.
neque illum perfundunt aquae, nec ventus exsiccat. Impe- 24.
netrabilis ille, incombustibilis ille, imperfusibilis ille, nec
non inexsiccabilis, perpetuus, omnivagus, stabilis, incon-
cussus ille atque aeternus, invisibilis ille, inenarrabilis ille, 25.
immutabilis ille declaratur. Quare, quum talem cognoveris,
non luctu eum prosequi te oportet. At si illum vel maxime 26.

अथ चैनं नित्यजातं नित्यं वा मन्यसे मृतं ।
तथापि त्वं महाबाहो नैनं शोचितुमर्हसि ॥ २६ ॥
जातस्य हि ध्रुवो मृत्युर्ध्रुवं जन्म मृतस्य च ।
तस्मादपरिहार्येऽर्थे न त्वं शोचितुमर्हसि ॥ २७ ॥
अव्यक्तादीनि भूतानि व्यक्तमध्यानि भारत ।
अव्यक्तनिधनान्येव तत्र का परिदेवना ॥ २८ ॥
आश्चर्यवत् पश्यति कश्चिदेनम्
आश्चर्यवद्वदति तथैव चान्यः ।
आश्चर्यवच्चैनमन्यः शृणोति
श्रुत्वाप्येनं वेद न चैव कश्चित् ॥ २९ ॥
देही नित्यमवध्योऽयं देहे सर्वस्य भारत ।
तस्मात् सर्वाणि भूतानि न त्वं शोचितुमर्हसि ॥ ३० ॥

identidem natum et identidem arbitreris mortuum, ne sic
27. quidem te, o heros, eum lugere oportet. Nam geniti certa
mors est, mortui certa generatio: quapropter in re inevita-
28. bili non te lugere oportet. Insensibile est animantium prin-
cipium, insensibilis exitus; sensibilis medius inter utrumque
29. status: quinam heic complorationi locus? Miraculi instar
alius intuetur eum, miraculi instar enarrat porro alius, mi-
raculi instar eum alius enarratum audit: sed quamvis audi-
30. verit, non tamen novit eum quisquam. Spiritus semper in-
vulnerabilis ille in cuiusque corpore, o Bhârata: quare
31. cuncta animantia non te lugere oportet. Proprii etiam officii
memorem non te contremiscere oportet: legitimo bello

स्वधर्ममपि चावेक्ष्य न विकम्पितुमर्हसि ।
धर्म्याद्धि युद्धाच्छ्रेयोऽन्यत् क्षत्रियस्य न विद्यते ॥ ३१ ॥
यदृच्छया चोपपन्नं स्वर्गद्वारमपावृतं ।
सुखिनः क्षत्रियाः पार्थ लभन्ते युद्धमीदृशं ॥ ३२ ॥
अथ चेत् त्वमिमं धर्म्यं संग्रामं न करिष्यसि ।
ततः स्वधर्मं कीर्तिं च हित्वा पापमवाप्स्यसि ॥ ३३ ॥
अकीर्तिं चापि भूतानि कथयिष्यन्ति तेऽव्ययां ।
संभावितस्य चाकीर्तिर्मरणादतिरिच्यते ॥ ३४ ॥
भयाद्रणादुपरतं मंस्यन्ते त्वां महारथाः ।
येषां च त्वं बहुमतो भूत्वा यास्यसि लाघवं ॥ ३५ ॥
अवाच्यवादांश्च बहून् वदिष्यन्ति तवाहिताः ।
निन्दन्तस्तव सामर्थ्यं ततो दुःखतरं नु किं ॥ ३६ ॥

melius quidquam militi evenire nequit. Fortunati sunt milites, 32.
o Prithae fili, quibus contingit ultro oblata talis pugna, quasi
aperta coeli porta. Sin vero tu hanc legitimam pugnam 33.
haud perficias, proprii officii famaeque desertor, labem
contrahes; et infamiam insuper mortales fabulabuntur de 34.
te perennem. Generosi autem viri infamia est ipsa morte
gravior. Metu e proelio te recessisse existimabunt proceres 35.
magnis curribus vecti, eorumque, a quibus magni aestima-
tus fueras, contemtum subibis, et contumeliosos sermones 36.
multos serent inimici tui, vituperantes tuam fortitudinem:
quo quid molestius evenire potest? Vel occisus coelum es 37.
adepturus, vel victor terra potiere. Quare exsurge, o Cun-

हतो वा प्राप्स्यसि स्वर्गं जित्वा वा भोक्ष्यसे महीं ।
तस्मादुत्तिष्ठ कौन्तेय युद्धाय कृतनिश्चयः ॥ ३७ ॥
सुखदुःखे समे कृत्वा लाभालाभौ जयाजयौ ।
ततो युद्धाय युज्यस्व नैवं पापमवाप्स्यसि ॥ ३८ ॥
एषा तेऽभिहिता सांख्ये बुद्धिर्योगे त्विमां शृणु ।
बुद्ध्या युक्तो यया पार्थ कर्मबन्धं प्रहास्यसि ॥ ३९ ॥
नेहाभिक्रमनाशोऽस्ति प्रत्यवायो न विद्यते ।
स्वल्पमप्यस्य धर्मस्य त्रायते महतो भयात् ॥ ४० ॥
व्यवसायात्मिका बुद्धिरेकेह कुरुनन्दन ।
बहुशाखा ह्यनन्ताश्च बुद्धयोऽव्यवसायिनां ॥ ४१ ॥
यामिमां पुष्पितां वाचं प्रवदन्त्यविपश्चितः ।
वेदवादरताः पार्थ नान्यदस्तीति वादिनः ॥ ४२ ॥

38. tidis nate, ad pugnandum obfirmato animo! Voluptatem molestiamve pari loco ponens, praemium iacturamve, victoriam
cladem ve, protinus ad pugnam accingere: ita affectus nullam
39. contrahes labem. Haec tibi exposita est secundum doctrinam rationalem sententia; nunc autem secundum doctrinam
spiritalem eandem accipe, cui sententiae addictus, o prin-
40. ceps, operum vincula abiicies. Nulla ibi est conatuum frustratio, nec detrimentum exstat; vel tantillum huius religio-
41. nis liberat ab ingenti formidine. Ad constantiam efformata
sententia una heic est, o Curûs proles: multipartitae autem
42. ac infinitae sententiae inconstantium. Quam floridam istam
orationem proferunt insipientes, Librorum Sacrorum dictis

कामात्मानः स्वर्गपरा जन्मकर्मफलप्रदां ।
क्रियाविशेषबहुलां भोगैश्वर्यगतिं प्रति ॥ ४३ ॥
भोगैश्वर्यप्रसक्तानां तयापहृतचेतसां ।
व्यवसायात्मिका बुद्धिः समाधौ न विधीयते ॥ ४४ ॥
त्रैगुण्यविषया वेदा निस्त्रैगुण्यो भवार्जुन ।
निर्द्वन्द्वो नित्यसत्त्वस्थो निर्योगक्षेम आत्मवान् ॥ ४५ ॥
यावानर्थ उदपाने सर्वतः संप्लुतोदके ।
तावान् सर्वेषु वेदेषु ब्राह्मणस्य विजानतः ॥ ४६ ॥
कर्मण्येवाधिकारस्ते मा फलेषु कदाचन ।
मा कर्मफलहेतुर्भूर्मा ते सङ्गोऽस्त्वकर्मणि ॥ ४७ ॥
योगस्थः कुरु कर्माणि सङ्गं त्यक्त्वा धनंजय ।
सिद्ध्यसिद्ध्योः समो भूत्वा समत्वं योग उच्यते ॥ ४८ ॥

gaudentes, nec ultra quidquam dari affirmantes, cupiditati- 43.
bus obnoxii, sedem apud Superos finem bonorum praedicantes; *orationem*, *inquam*, insignes natales tanquam operum praemium pollicentem, rituum varietate abundantem, quibus aliquis opes ac dominationem nanciscatur: qui hac a recto 44.
proposito abrepti, circa opes ac dominationem ambitiosi sunt, horum mens non componitur contemplatione ad perseverantiam. Ternarum qualitatum materiam exhibent Libri Sacri: tu 45.
autem liber esto a ternis qualitatibus, o Arjuna; liber a sensu rerum sibi invicem oppositarum, constantia fretus, de custodiendis et augendis opibus haud sollicitus, tui compos. Quot 46.
usibus inservit puteus aquis undique confluentibus scatens, tot

दूरेण ह्यवरं कर्म बुद्धियोगाद्धनंजय ।
बुद्धौ शरणमन्विच्छ कृपणाः फलहेतवः ॥ ४९ ॥
बुद्धियुक्तो जहातीह उभे सुकृतदुष्कृते ।
तस्माद्योगाय युज्यस्व योगः कर्मसु कौशलं ॥ ५० ॥
कर्मजं बुद्धियुक्ता हि फलं त्यक्त्वा मनीषिणः ।
जन्मबन्धविनिर्मुक्ताः पदं गच्छन्त्यनामयं ॥ ५१ ॥
यदा ते मोहकलिलं बुद्धिर्व्यतितरिष्यति ।
तदा गन्तासि निर्वेदं श्रोतव्यस्य श्रुतस्य च ॥ ५२ ॥
श्रुतिविप्रतिपन्ना ते यदा स्थास्यति निश्चला ।
समाधावचला बुद्धिस्तदा योगमवाप्स्यसि ॥ ५३ ॥

47. usus praestant universi Libri Sacri theologo prudenti. In ipso
opere momentum tibi sit, at nunquam in eius praemiis.
48. Noli ad opera praemiis impelli, nec otii ambitiosus esto. In
devotione perstans opera perfice, ambitione seposita, o con-
temtor opum, in eventu prospero vel improspero aequabilis;
49. aequabilitas devotio dicitur. Longe sane inferiora sunt opera
devotione mentis, o contemtor opum. In mente tua praesi-
dium quaere. Miseri, qui praemiis ad opera impelluntur.
50. Mente devotus in hoc aevo utraque dimittit, bene et male
facta. Quare devotioni te devove: devotio dexteritatem in
51. operibus praebet. Mente devoti, praemio operibus parto ab-
iecto, sapientes, generationum vinculis exsoluti, progrediuntur
52. ad sedem summae salutis. Quando mens tua praestigiarum am-
bages exsuperaverit, tunc pervenies ad neglectum omnium,
quae de doctrina sacra disputari possunt vel disputata sunt.

॥ अर्जुन उवाच ॥

स्थितप्रज्ञस्य का भाषा समाधिस्थस्य केशव ।
स्थितधीः किं प्रभाषेत किमासीत व्रजेत किं ॥ ५४ ॥

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

प्रजहाति यदा कामान् सर्वान् पार्थ मनोगतान् ।
आत्मन्येवात्मना तुष्टः स्थितप्रज्ञस्तदोच्यते ॥ ५५ ॥
दुःखेष्वनुद्विग्नमनाः सुखेषु विगतस्पृहः ।
वीतरागभयक्रोधः स्थितधीर्मुनिरुच्यते ॥ ५६ ॥
यः सर्वत्रानभिस्नेहस्तत्तत् प्राप्य शुभाशुभं ।
नाभिनन्दति न द्वेष्टि तस्य प्रज्ञा प्रतिष्ठिता ॥ ५७ ॥
यदा संहरते चायं कूर्मोऽङ्गानीव सर्वशः ।
इन्द्रियाणीन्द्रियार्थेभ्यस्तस्य प्रज्ञा प्रतिष्ठिता ॥ ५८ ॥

Sententiis theologicis antea distracta quando mens tua immota 53.
steterit, firmaque in contemplatione, tunc devotio tibi obtinget.

Arjunas *loquitur:*

Quodnam est insigne viri confirmati in sapientia, et assi- 54.
dui in contemplatione, o Crishna? In meditando defixus quomodo loqui, quomodo quiescere ac circa negotia versari solet?

Almum Numen *loquitur:*

Quando relinquit cupiditates omnes, quae animum affi- 55.
ciunt, secum semet ipso contentus, tunc confirmatus in sapientia dicitur. In molestiis animo imperturbatus, volupta- 56.
tum illecebris haud obnoxius, procul habitis amore, timore, ira, in meditando defixus, Anachoreta dicitur. Qui, undique 57.

विषया विनिवर्तन्ते निराहारस्य देहिनः ।
रसवर्जं रसोऽप्यस्य परं दृष्ट्वा निवर्तते ॥ ५९ ॥
यततो ह्यपि कौन्तेय पुरुषस्य विपश्चितः ।
इन्द्रियाणि प्रमाथीनि हरन्ति प्रसभं मनः ॥ ६० ॥
तानि सर्वाणि संयम्य युक्त आसीत मत्परः ।
वशे हि यस्येन्द्रियाणि तस्य प्रज्ञा प्रतिष्ठिता ॥ ६१ ॥
ध्यायतो विषयान् पुंसः सङ्गस्तेषूपजायते ।
सङ्गात् संजायते कामः कामात् क्रोधोऽभिजायते ॥ ६२ ॥
क्रोधाद्भवति संमोहः संमोहात् स्मृतिविभ्रमः ।
स्मृतिभ्रंशाद्बुद्धिनाशो बुद्धिनाशात् प्रणश्यति ॥ ६३ ॥
रागद्वेषवियुक्तैस्तु विषयानिन्द्रियैश्चरन् ।
आत्मवश्यैर्विधेयात्मा प्रसादमधिगच्छति ॥ ६४ ॥

affectionis expers, quidquid illi obtingat faustum vel infau-
stum, neque exultat neque aversatur: apud hunc sapientia
58. est stabilita. Quando is, sicuti testudo artus suos undecun-
que, sensus abstrahit a rebus quae sensibus obversantur, tunc
59. apud eum sapientia est stabilita. Res sensibus obviae rece-
dunt ab homine abstinente; temperantia eius insigni animad-
60. versa ipse appetitus recedit. At interdum, Cuntidis nate,
viri prudentis, quamvis strenue annitentis, sensus turbulenti
61. animum vi abripiunt. His omnibus coërcitis devotus sedeat,
in me solum intentus: cuius in potestate sensus sunt, apud
62. hunc sapientia est stabilita. In homine res sensibus obvias
meditante propensio erga illas subnascitur; e propensione

प्रसादे सर्वदुःखानां हानिरस्योपजायते ।
प्रसन्नचेतसो ह्याशु बुद्धिः पर्यवतिष्ठते ॥ ६५ ॥
नास्ति बुद्धिरयुक्तस्य न चायुक्तस्य भावना ।
न चाभावयतः शान्तिरशान्तस्य कुतः सुखं ॥ ६६ ॥
इन्द्रियाणां हि चरतां यन्मनोऽनुविधीयते ।
तदस्य हरति प्रज्ञां वायुर्नावमिवाम्भसि ॥ ६७ ॥
तस्माद्यस्य महाबाहो निगृहीतानि सर्वशः ।
इन्द्रियाणीन्द्रियार्थेभ्यस्तस्य प्रज्ञा प्रतिष्ठिता ॥ ६८ ॥
या निशा सर्वभूतानां तस्यां जागर्ति संयमी ।
यस्यां जाग्रति भूतानि सा निशा पश्यतो मुनेः ॥ ६९ ॥

cupido, e cupidine ira enascitur; ex ira exsistit temeritas, 63.
e temeritate memoriae confusio; e memoriae confusione men-
tis iactura, qua tandem ipse pessumdatur. Qui autem circa 64.
res versatur sensibus ab affectu et aversatione segregatis,
ipsius voluntati parentibus, animo bene composito, is sere-
nitatem consequitur; serenitate omnium molestiarum repudia- 65.
tio in illo subnascitur. Cuius vero ingenium serenum, hunc
protinus mens totum occupat. Non inest mens non devoto, 66.
neque inest sui conscientia; et qui sibi non sui conscius, is
tranquillitate caret: sine tranquillitate quomodo beatus esse
possit? Sensibus circa res versantibus cuius animus obtem- 67.
perat, eius sapientia illius impetu abripitur, veluti tem-
pestate navis in fluctibus. Quapropter, o heros, is, cuius 68.
sensus cohibentur omnimodo a rebus, quae sensibus ob-
versantur, apud hunc sapientia est stabilita. Quae nox 69.

आपूर्यमाणमचलप्रतिष्ठं
समुद्रमापः प्रविशन्ति यद्वत् ।
तद्वत् कामा यं प्रविशन्ति सर्वे
स शान्तिमाप्नोति न कामकामी ॥ ७० ॥
विहाय कामान् यः सर्वान् पुमांश्चरति निःस्पृहः ।
निर्ममो निरहंकारः स शान्तिमधिगच्छति ॥ ७१ ॥
एषा ब्राह्मी स्थितिः पार्थ नैनां प्राप्य विमुह्यति ।
स्थित्वास्यामन्तकालेऽपि ब्रह्मनिर्वाणमृच्छति ॥ ७२ ॥

इति श्रीभगवद्गीता सांख्ययोगो नाम द्वितीयोऽध्यायः
॥ २ ॥

est cunctis animantibus, hanc pervigilat abstinens; qua vi-
gilant animantes, haec est nox verum intuentis anachore-
70. tae. Continuo sese explenti, nec tamen ultra terminos
suos redundanti oceano qualiter aquae illabuntur, cui si-
militer omnes cupiditates illabuntur, is tranquillitatem adi-
71. piscitur, non qui cupiditatibus lascivit. Qui homo, omni-
bus cupiditatibus repudiatis, in vita versatur illecebrarum
expers, liber a sui studio ac sui fiducia, is tranquillita-
72. tem consequitur. Haec est divina statio, o Prithae fili:
hanc adeptus, non amplius trepidat; perstans in ea obitus
quoque tempore, ad exstinctionem in numine evehitur.

LECTIO III.

॥ अर्जुन उवाच ॥

ज्यायसी चेत् कर्मणस्ते मता बुद्धिर्जनार्दन ।
तत् किं कर्मणि घोरे मां नियोजयसि केशव ॥ १ ॥
व्यामिश्रेणेव वाक्येन बुद्धिं मोहयसीव मे ।
तदेकं वद निश्चित्य येन श्रेयो ऽहमाप्नुयां ॥ २ ॥

Arjunas *loquitur:*

Si mens praestantior opere a te aestimatur, o morta- 1.
lium votis expetite, cur tandem horrendo operi me destinas, Pulchricome? Ancipiti oratione mentem quasi perturbas 2.
meam; hoc unum e decreto profare, qua ratione meliora ego adipisci possim?

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

लोकेऽस्मिन् द्विविधा निष्ठा पुरा प्रोक्ता मयानघ ।
ज्ञानयोगेन सांख्यानां कर्मयोगेन योगिनां ॥ ३ ॥
न कर्मणामनारम्भान्नैष्कर्म्यं पुरुषोऽश्नुते ।
न च संन्यसनादेव सिद्धिं समधिगच्छति ॥ ४ ॥
न हि कश्चित् क्षणमपि जातु तिष्ठत्यकर्मकृत् ।
कार्यते ह्यवशः कर्म सर्वः प्रकृतिजैर्गुणैः ॥ ५ ॥
कर्मेन्द्रियाणि संयम्य य आस्ते मनसा स्मरन् ।
इन्द्रियार्थान् विमूढात्मा मिथ्याचारः स उच्यते ॥ ६ ॥
यस्त्विन्द्रियाणि मनसा नियम्यारभतेऽर्जुन ।
कर्मेन्द्रियैः कर्मयोगमसक्तः स विशिष्यते ॥ ७ ॥

Almum Numen *loquitur:*

3. Duplex in hoc aevo vitae institutum dudum a me *tibi* de-
claratum est, vir innocue: scientiae destinatione rationalium,
4. et operum destinatione devotorum. Non opera omnino haud
inchoando fruitur otio homo, nec vero abdicatione ad per-
5. fectionem pervenit. Non sane quisquam vel momento tem-
poris unquam ab operibus vacat, impellitur enim et invitus
6. ad opus peragendum facultatibus naturalibus. Qui ministerio
corporali coërcito sedet, animo meditans res sensibus sub-
7. iectas, demens, is simulator sanctitatis dicitur; qui vero sen-
sibus animo coërcitis sese accingit, o Arjuna! ad opus cor-
porali ministerio peragendum, sine ambitione, is magni aesti-
8. matur. Tu perage opus necessarium; opus praestantius est

नियतं कुरु कर्म त्वं कर्म ज्यायो ह्यकर्मणः ।
शरीरयात्रापि च ते न प्रसिध्येदकर्मणः ॥ ८ ॥
यज्ञार्थात् कर्मणोऽन्यत्र लोकोऽयं कर्मबन्धनः ।
तदर्थं कर्म कौन्तेय मुक्तसङ्गः समाचर ॥ ९ ॥
सहयज्ञाः प्रजाः सृष्ट्वा पुरोवाच प्रजापतिः ।
अनेन प्रसविष्यध्वमेष वोऽस्त्विष्टकामधुक् ॥ १० ॥
देवान् भावयतानेन ते देवा भावयन्तु वः ।
परस्परं भावयन्तः श्रेयः परमवाप्स्यथ ॥ ११ ॥
इष्टान् भोगान् हि वो देवा दास्यन्ते यज्ञभाविताः ।
तैर्दत्तानप्रदायैभ्यो यो भुङ्क्ते स्तेन एव सः ॥ १२ ॥
यज्ञशिष्टाशिनः सन्तो मुच्यन्ते सर्वकिल्विषैः ।
भुञ्जते ते त्वघं पापा ये पचन्त्यात्मकारणात् ॥ १३ ॥

desidia: ne corporis quidem sustentatio tibi desidi procedat.
Praeter opera sacrorum caussa suscepta mundus hic operum 9.
vinculis *animum* implicat; sacris inserviens opus, Cuntidis nate,
ambitionis immunis aggredere. Simul cum ritu sacrifico pro- 10.
genie humana creata olim dixit PROGENITOR: »Illo propagabi-
»mini; ille vobis esto vacca abundantiae. Divos colite illo; 11.
»hi Divi vos colunto. Mutuo vos colentes, salutem summam
»adipiscemini. Optatos cibos vobis DI dabunt, sacrificiis 12.
»culti; cibis ab his datis, non ante parte iisdem oblata, qui
»fruitur, is sane fur est. Sacrificiorum reliquias comedentes 13.
»probi exsolvuntur omnibus peccatis, vescuntur autem pia-
»culo noxii, qui dapes instruunt sui gratia.« Frugibus alun- 14.

अन्नाद्भवन्ति भूतानि पर्जन्यादन्नसंभवः ।
यज्ञाद्भवति पर्जन्यो यज्ञः कर्मसमुद्भवः ॥ १४ ॥
कर्म ब्रह्मोद्भवं विद्धि ब्रह्माक्षरसमुद्भवं ।
तस्मात् सर्वगतं ब्रह्म नित्यं यज्ञे प्रतिष्ठितं ॥ १५ ॥
एवं प्रवर्तितं चक्रं नानुवर्तयतीह यः ।
अघायुरिन्द्रियारामो मोघं पार्थ स जीवति ॥ १६ ॥
यस्त्वात्मरतिरेव स्यादात्मतृप्तश्च मानवः ।
आत्मन्येव च संतुष्टस्तस्य कार्यं न विद्यते ॥ १७ ॥
नैव तस्य कृतेनार्थो नाकृतेनेह कश्चन ।
न चास्य सर्वभूतेषु कश्चिदर्थव्यपाश्रयः ॥ १८ ॥
तस्मादसक्तः सततं कार्यं कर्म समाचर् ।
असक्तो ह्याचरन् कर्म परमाप्नोति पूरुषः ॥ १९ ॥

tur animantia, imbre fit frugum proventus, sacrificio impe-
15. tratur imber, sacrificium opere consummatur, opus e numine
ortum scias, numen e simplici et individuo ortum. Ideo numen
16. omnia permeans semper in sacrificio praesens est. Hunc or-
bem sic circumactum quicunque volvendo haud promovet in
hoc seculo, is inceste aevo transacto, sensibus indulgens,
17. o Prithae fili, frustra vivit. Qui vero secum concors est
homo, ac sibimet satisfaciens, contentusque semet ipso, is
18. omni negotio vacat; et huius quidem nihil interest, utrum
aliquid factum sit an infectum, neque eum ex omnibus ani-
19. mantibus auxilii ullius exspectatio suspendit. Quare sine
ambitione semper opus tibi demandatum appara: sine ambi-

कर्मणैव हि संसिद्धिमास्थिता जनकादयः ।
लोकसंग्रहमेवापि संपश्यन् कर्तुमर्हसि ॥ २० ॥
यद्यदाचरति श्रेष्ठस्तत्तदेवेतरो जनः ।
स यत् प्रमाणं कुरुते लोकस्तदनुवर्तते ॥ २१ ॥
न मे पार्थास्ति कर्तव्यं त्रिषु लोकेषु किंचन ।
नानवाप्तमवाप्तव्यं वर्त एव च कर्मणि ॥ २२ ॥
यदि ह्यहं न वर्तेयं जातु कर्मण्यतन्द्रितः ।
मम वर्त्मानुवर्तन्ते मनुष्याः पार्थ सर्वशः ॥ २३ ॥
उत्सीदेयुरिमे लोका न कुर्यां कर्म चेदहं ।
संकरस्य च कर्ता स्यामुपहन्यामिमाः प्रजाः ॥ २४ ॥
सक्ताः कर्मण्यविद्वांसो यथा कुर्वन्ति भारत ।
कुर्याद्विद्वांस्तथासक्तश्चिकीर्षुर्लोकसंग्रहं ॥ २५ ॥

tione enim opus apparans summum bonum vir adipiscitur.
Operibus certe perfectionem quaesivere Janacas ceterique 20.
eiusdem ordinis. Generis humani commodum quoque respi-
ciens opere fungi debes. Quidquid destinat optimus quisque, 21.
id ipsum cetera multitudo; quod ille exemplum proponit,
id vulgus deinde sectatur. Non mihi, o Prithae fili, quid- 22.
quam in mundo tergemino est peragendum, neque adipiscen-
dum, quod nondum adeptus fuerim: versor tamen in opere.
At si ego unquam non versarer in opere impiger, *quando-* 23.
quidem mea vestigia sectantur homines, o Prithae fili, omni-
modo, pessum ituri essent hi mortales, nisi opus ego per- 24.
agerem, et colluviei auctor forem, et exitio traderem hancce

न बुद्धिभेदं जनयेदज्ञानां कर्मसङ्गिनां ।
जोषयेत् सर्वकर्माणि विद्वान् युक्तः समाचरन् ॥ २६ ॥
प्रकृतेः क्रियमाणानि गुणैः कर्माणि सर्वशः ।
अहंकारविमूढात्मा कर्ताहमिति मन्यते ॥ २७ ॥
तत्त्ववित् तु महाबाहो गुणकर्मविभागयोः ।
गुणा गुणेषु वर्तन्त इति मत्वा न सज्जते ॥ २८ ॥
प्रकृतेर्गुणसंमूढाः सज्जन्ते गुणकर्मसु ।
तानकृत्स्नविदो मन्दान् कृत्स्नविन्न विचालयेत् ॥ २९ ॥
मयि सर्वाणि कर्माणि संन्यस्याध्यात्मचेतसा ।
निराशीर्निर्ममो भूत्वा युध्यस्व विगतज्वरः ॥ ३० ॥
ये मे मतमिदं नित्यमनुतिष्ठन्ति मानवाः ।
श्रद्धावन्तोऽनसूयन्तो मुच्यन्ते तेऽपि कर्मभिः ॥ ३१ ॥

25. progeniem. Implicati opere insipientes sicuti agunt, o Bhârata, sic sapiens agat sine ambitione, procurans generis humani
26. commodum, nec opinionum discrepantiam gignat inter ignaros opere implicatos. Fungatur omnibus operibus sapiens, de-
27. vota mente ad ea se accingens. Naturae qualitatibus peraguntur omnimodo opera; sui fiducia qui fallitur, eorum se
28. ipsum auctorem esse arbitratur. At veri gnarus, o heros, de gemino qualitatum operumque discrimine: »qualitates in
29. »qualitatibus versantur,« sic arbitratus, non implicatur. Naturae qualitatibus decepti, implicantur operibus qualitatum; hos universitatis ignaros, tardos, gnarus universitatis haud
30. labefactet. Cuncta opera in me deponens, cogitatione ad

ये त्वेतदभ्यसूयन्तो नानुतिष्ठन्ति मे मतं ।
सर्वज्ञानविमूढांस्तान् विद्धि नष्टानचेतसः ॥ ३२ ॥
सदृशं चेष्टते स्वस्याः प्रकृतेर्ज्ञानवानपि ।
प्रकृतिं यान्ति भूतानि निग्रहः किं करिष्यति ॥ ३३ ॥
इन्द्रियस्येन्द्रियस्यार्थे रागद्वेषौ व्यवस्थितौ ।
तयोर्न वशमागच्छेत् तौ ह्यस्य परिपन्थिनौ ॥ ३४ ॥
श्रेयान् स्वधर्मो विगुणः परधर्मात् स्वनुष्ठितात् ।
स्वधर्मे निधनं श्रेयः परधर्मो भयावहः ॥ ३५ ॥

॥ अर्जुन उवाच ॥

अथ केन प्रयुक्तोऽयं पापं चरति पूरुषः ।
अनिच्छन्नपि वार्ष्णेय बलादिव नियोजितः ॥ ३६ ॥

intimam conscientiam conversa, nulla spe erectus, rerumque
tuarum incuriosus, pugna tu, aegritudine depulsa. Qui hoc 31.
meum decretum semper observant homines, fidei pleni, haud
obtrectantes, hi operibus quoque emancipantur. Qui vero, 32.
istud obtrectantes, haud observant meum decretum, hos omni
scientia exturbatos scias pessumdari rationis inopes. Ad id 33.
quod suae naturae consentaneum est, tendit sapiens quoque;
naturam sequuntur animantia: quid coërcendo efficietur? Rebus 34.
sensui cuilibet subiectis propensio et aversatio necessario inhaerent;
utriusque ad nutum ne quis praesto sit: etenim hae sunt
eius adversariae. Satius est, suo officio, etsi deficientibus viribus, 35.
fungi, quam alienum officium accurate implere; in suo officio
satius est, mortem oppetere: alienum officium periculum affert.

॥ श्रीभगवानुवाच ।
काम एष क्रोध एष रजोगुणसमुद्भवः ।
महाशनो महापाप्मा विद्ध्येनमिह वैरिणं ॥ ३७ ॥
धूमेनाव्रियते वह्निर्यथादर्शो मलेन च ।
यथोल्बेनावृतो गर्भस्तथा तेनेदमावृतं ॥ ३८ ॥
आवृतं ज्ञानमेतेन ज्ञानिनो नित्यवैरिणा ।
कामरूपेण कौन्तेय दुष्पूरेणानलेन च ॥ ३९ ॥
इन्द्रियाणि मनो बुद्धिरस्याधिष्ठानमुच्यते ।
एतैर्विमोहयत्येष ज्ञानमावृत्य देहिनं ॥ ४० ॥
तस्मात् त्वमिन्द्रियाण्यादौ नियम्य भरतर्षभ ।
पाप्मानं प्रजहि ह्येनं ज्ञानविज्ञाननाशनं ॥ ४१ ॥

Arjunas *loquitur:*

36. A quonam vero instigatus ille, peccatum admittit homo, etiamsi nolit, Vrishnida, vi quasi impulsus?

Almum Numen *loquitur:*

37. Cupido is est, Furor iracundiae is est, ex impetuosa
qualitate progenitus, vorax, nefastus; hunc cognosce in hoc
38. aevo inimicum. Sicuti fumo involvitur flamma, speculumque
aerugine, sicuti utero involutus foetus, sic isto Universum
39. hoc involutum. Involvitur scientia isto, sapientis pertinaci
40. inimico, versiformi, Cuntidis nate, et igne insatiabili. Sen-
sus, animus, mens, eius ditio fertur: hisce infatuat iste,
41. scientiam involvens, mortalem. Quapropter tu, sensibus a
principio coërcitis, Bharatidarum optime, nefastum illum

इन्द्रियाणि पराण्याहुरिन्द्रियेभ्यः परं मनः ।
मनसस्तु परा बुद्धिर्यो बुद्धेः परतस्तु सः ॥ ४२ ॥
एवं बुद्धेः परं बुद्ध्वा संस्तभ्यात्मानमात्मना ।
जहि शत्रुं महाबाहो कामरूपं दुरासदं ॥ ४३ ॥

इति श्रीभगवद्गीता° कर्मयोगो नाम तृतीयोऽध्यायः
॥ ३ ॥

repudia, scientiae et judicii pessumdatorem. Sensus pol- 42.
lentes aiunt, sensibus pollentior animus, animo autem pollentior mens; qui vero prae mente pollet, est *impetus* ille.
Sic supra mentem pollere eum intelligens, te ipsum tecum 43.
confirmans, profliga hostem, o heros, versiformem, intractabilem.

LECTIO IV.

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

इमं विवस्वते योगं प्रोक्तवानहमव्ययं ।
विवस्वान् मनवे प्राह मनुरिक्ष्वाकवेऽब्रवीत् ॥ १ ॥
एवं परंपराप्राप्तमिमं राजर्षयो विदुः ।
स कालेनेह महता योगो नष्टः परंतप ॥ २ ॥
स एवायं मया तेऽद्य योगः प्रोक्तः पुरातनः ।
भक्तोऽसि मे सखा चेति रहस्यं ह्येतदुत्तमं ॥ ३ ॥

॥ अर्जुन उवाच ॥

अपरं भवतो जन्म परं जन्म विवस्वतः ।
कथमेतद्विजानीयां त्वमादौ प्रोक्तवानिति ॥ ४ ॥

Almum Numen *loquitur:*

1. Hanc doctrinam spiritalem Vivasvanti ego declaraveram
perennem, Vivasvantes Manui effatus est, Manus Ixvâcui me-
2. moravit. Sic per manus traditam eam reges sapientes cogno-
verunt. Haec diuturnitate temporis ex memoria hominum in-
3. tercidit, hostium vexator. Eandem illam doctrinam antiquam
ego tibi hodie declaravi, quum reputarem, te cultorem meum
esse atque amicum. Arcanum hoc scilicet est praestantissimum.

Arjunas *loquitur:*

4. Posteriores sunt natales tui, priores Vivasvantis natales,
quomodo istud intelligam, quod ais: »initio declaraveram?«

॥ श्रीभगवानुवाच ॥
बहूनि मे व्यतीतानि जन्मानि तव चार्जुन ।
तान्यहं वेद सर्वाणि न त्वं वेत्थ परंतप ॥ ५ ॥
अजोऽपि सन्नव्ययात्मा भूतानामीश्वरोऽपि सन् ।
प्रकृतिं स्वामधिष्ठाय संभवाम्यात्ममायया ॥ ६ ॥
यदा यदा हि धर्मस्य ग्लानिर्भवति भारत ।
अभ्युत्थानमधर्मस्य तदात्मानं सृजाम्यहं ॥ ७ ॥
परित्राणाय साधूनां विनाशाय च दुष्कृतां ।
धर्मसंस्थापनार्थाय संभवामि युगे युगे ॥ ८ ॥
जन्म कर्म च मे दिव्यमेवं यो वेत्ति तत्त्वतः ।
त्यक्त्वा देहं पुनर्जन्म नैति मामेति सोऽर्जुन ॥ ९ ॥

ALMUM NUMEN *loquitur:*

Complures iam praeteriere mei natales, tuique, o Arjuna! 5.
Hosce ego universos novi, tu vero haud nosti, hostium vexator. Quanquam innatus sum, incorruptibilis, quanquam 6.
animantium sum dominus, naturae meae imperans subinde
nascor, virtute mystica mihi insita. Quandocunque scilicet 7.
pietatis languor exsistit, o Bhârata, et incrementum impietatis,
tunc memet ipsum ego procreo. Ad defensionem bonorum 8.
et ad eversionem sceleratorum, pietatis stabiliendae gratia,
nascor per singula secula. Genituram et opus meum divi- 9.
num qui sic penitus novit, corpore relicto non ad novam
genituram regreditur, ad me accedit ille, o Arjuna! Soluti 10.
ab affectu, terrore, ira, mei similes, me confisi, multi scien-

वीतरागभयक्रोधा मन्मया मामुपाश्रिताः ।
बहवो ज्ञानतपसा पूता मद्भावमागताः ॥ १० ॥
ये यथा मां प्रपद्यन्ते तांस्तथैव भजाम्यहं ।
मम वर्त्मानुवर्त्तन्ते मनुष्याः पार्थ सर्वशः ॥ ११ ॥
काङ्क्षन्तः कर्मणां सिद्धिं यजन्त इह देवताः ।
क्षिप्रं हि मानुषे लोके सिद्धिर्भवति कर्मजा ॥ १२ ॥
चातुर्वर्ण्यं मया सृष्टं गुणकर्मविभागशः ।
तस्य कर्तारमपि मां विद्ध्यकर्तारमव्ययं ॥ १३ ॥
न मां कर्माणि लिम्पन्ति न मे कर्मफले स्पृहा ।
इति मां योऽभिजानाति कर्मभिर्न स बध्यते ॥ १४ ॥
एवं ज्ञात्वा कृतं कर्म पूर्वैरपि मुमुक्षुभिः ।
कुरु कर्मैव तस्मात् त्वं पूर्वैः पूर्वतरं कृतं ॥ १५ ॥

11. tiac castimonia lustrati in meam essentiam transiere. Hi
quemadmodum ad me convertuntur, itidem eos colo. Mea
12. vestigia sectantur homines, Prithae fili, omnimodo. Qui
cupiunt operum successum, ii Divis in hoc orbe litant. Brevi
13. sane in vita mortali successus obtingit opere partus. Quaternorum ordinum institutum a me creatum est secundum qualitatum officiorumque distributionem; huius me ipsum scias au-
14. ctorem, quanquam nullius operis actorem, incorruptibilem.
Nec me opera polluunt, nec in operis fructu mihi est stimulus:
15. qui talem me cognoscit, is operum vinculis non constringitur.
Sic statuto, opus peractum est a priscis quoque viris, emancipationem affectantibus; quamobrem perage tu opus, quale a priscis

किं कर्म किमकर्मेति कवयोऽप्यत्र मोहिताः ।
तत् ते कर्म प्रवक्ष्यामि यज्ज्ञात्वा मोक्ष्यसेऽशुभात् ॥ १६ ॥
कर्मणो ह्यपि बोद्धव्यं बोद्धव्यं च विकर्मणः ।
अकर्मणश्च बोद्धव्यं गहना कर्मणो गतिः ॥ १७ ॥
कर्मण्यकर्म यः पश्येदकर्मणि च कर्म यः ।
स बुद्धिमान् मनुष्येषु स युक्तः कृत्स्नकर्मकृत् ॥ १८ ॥
यस्य सर्वे समारम्भाः कामसंकल्पवर्जिताः ।
ज्ञानाग्निदग्धकर्माणं तमाहुः पण्डितं बुधाः ॥ १९ ॥
त्यक्त्वा कर्मफलासङ्गं नित्यतृप्तो निराश्रयः ।
कर्मण्यभिप्रवृत्तोऽपि नैव किंचित् करोति सः ॥ २० ॥
निराशीर्यतचित्तात्मा त्यक्तसर्वपरिग्रहः ।
शारीरं केवलं कर्म कुर्वन् नाप्नोति किल्बिषं ॥ २१ ॥

olim peractum. Quid sit opus? quid otium? quaeritur. Hac 16.
in re vel vates trepidavere. Einsmodi opus tibi declarabo, quo
cognito a malo liberaberis. Tum ad opus omnino est attenden 17.
dum, tum attendendum quoque ad opus haud rite impensum,
attendendum tandem ad otium; obscura est operis ratio. Qui 18.
in opere otium cernit, et in otio opus, is sapit inter mortales,
is devotus cunctis operibus peragendis aptus est. Cuius omnia 19.
incepta segregata sunt a cupiditatis instinctu, eum, operibus
scientiae igne consumtis functum, doctum pronunciavere sapien-
tes. Procul habita ambitione in fructu operum posita, qui sem- 20.
per sibi sufficit, non egens patrocinio, is, etsi in opere occu-
patus, nihil tamen omnino agit. Nulla spe erectus, cogitatio- 21.

यदृच्छालाभसंतुष्टो द्वन्द्वातीतो विमत्सरः ।
समः सिद्धावसिद्धौ च कृत्वापि न निबध्यते ॥ २२ ॥
गतसङ्गस्य मुक्तस्य ज्ञानावस्थितचेतसः ।
यज्ञायाचरतः कर्म समग्रं प्रविलीयते ॥ २३ ॥
ब्रह्मार्पणं ब्रह्म हविर्ब्रह्माग्नौ ब्रह्मणा हुतं ।
ब्रह्मैव तेन गन्तव्यं ब्रह्मकर्मसमाधिना ॥ २४ ॥
दैवमेवापरे यज्ञं योगिनः पर्युपासते ।
ब्रह्माग्नावपरे यज्ञं यज्ञेनैवोपजुह्वति ॥ २५ ॥
श्रोत्रादीनीन्द्रियाण्यन्ये संयमाग्निषु जुह्वति ।
शब्दादीन् विषयानन्य इन्द्रियाग्निषु जुह्वति ॥ २६ ॥
सर्वाणीन्द्रियकर्माणि प्राणकर्माणि चापरे ।
आत्मसंयमयोगाग्नौ जुह्वति ज्ञानदीपिते ॥ २७ ॥

nes suas coërcens, dimisso omni externo praesidio, corporali
22. duntaxat ministerio opus peragens, peccato haud imbuitur. Qui
rebus sponte sibi oblatis contentus est, gemino affectu superior, neutiquam inuidus, et aequabilis in successu prospero
23. vel adverso, is ne operando quidem implicatur. Hominis
ambitione vacui, exsoluti, intellectu in scientia defixo sacrificii gratia sese accingentis, opus integrum quasi evanescit.
24. Numen est in oblatione, numen in oleo sacro, numen in
igne, numine litatur: ad numen iturus est ille, qui numen ope-
25. rando meditatur. Alii porro devoti divorum modo religionem
colunt; in theologiae igne alii religionem ipsa religione de-
26. nuo sacrificant; auditum ceterosque sensus alii in continen-

द्रव्ययज्ञास्तपोयज्ञा योगयज्ञास्तथापरे ।
स्वाध्यायज्ञानयज्ञाश्च यतयः संशितव्रताः ॥ २८ ॥
अपाने जुह्वति प्राणं प्राणेऽपानं तथापरे ।
प्राणापानगती रुद्ध्वा प्राणायामपरायणाः ॥ २९ ॥
अपरे नियताहाराः प्राणान् प्राणेषु जुह्वति ।
सर्वेऽप्येते यज्ञविदो यज्ञक्षपितकल्मषाः ॥ ३० ॥
यज्ञशिष्टामृतभुजो यान्ति ब्रह्म सनातनं ।
नायं लोकोऽस्त्ययज्ञस्य कुतोऽन्यः कुरुसत्तम ॥ ३१ ॥
एवं बहुविधा यज्ञा वितता ब्रह्मणो मुखे ।
कर्मजान् विद्धि तान् सर्वानेवं ज्ञात्वा विमोक्ष्यसे ॥ ३२ ॥

tiae ignibus sacrificant; sonum ceteraque sensibilia alii in
sensuum ignibus sacrificant; cuncta ministeria corporalia ac 27.
vitalia porro alii sacrificant in igne mystico continentiae,
scientia accenso; opum sacrifici, castimoniarum sacrifici, de- 28.
votionisque sacrifici porro sunt alii, tacitae lectionis ac scien-
tiae sacrifici, temperantes, votis austeris sese obstringentes.
In exspiratione sacrificant spiritum, in spiritu exspirationem 29.
similiter alii, spiritus et exspirationis meatibus praeclusis,
spiritus retinendi studiosi. Alii cibo abstinentes vitalia in vi- 30.
talibus sacrificant: universi hi quoque sacrificandi sunt gnari,
ac sacrificiis peccata sua delent. Qui vescuntur dapibus am- 31.
brosiis e sacrificio reliquis, ii transeunt ad numen aeternum.
Non est hic mundus sacrificia detrectantis, quomodo tandem
alius mundus *terrestri potior*, Curuidarum optime? Tam 32.
varia sacrificia propagata sunt e numinis ore: operibus com-

श्रेयान् द्रव्यमयाद्यज्ञाज्ज्ञानयज्ञः परंतप ।
सर्वं कर्माखिलं पार्थ ज्ञाने परिसमाप्यते ॥ ३३ ॥
तद्विद्धि प्रणिपातेन परिप्रश्नेन सेवया ।
उपदेक्ष्यन्ति ते ज्ञानं ज्ञानिनस्तत्त्वदर्शिनः ॥ ३४ ॥
यज्ज्ञात्वा न पुनर्मोहमेवं यास्यसि पाण्डव ।
येन भूतान्यशेषेण द्रक्ष्यस्यात्मन्यथो मयि ॥ ३५ ॥
अपि चेदसि पापेभ्यः सर्वेभ्यः पापकृत्तमः ।
सर्वं ज्ञानप्लवेनैव वृजिनं संतरिष्यसि ॥ ३६ ॥
यथैधांसि समिद्धोऽग्निर्भस्मसात्कुरुतेऽर्जुन ।
ज्ञानाग्निः सर्वकर्माणि भस्मसात्कुरुते तथा ॥ ३७ ॥
न हि ज्ञानेन सदृशं पवित्रमिह विद्यते ।
तत् स्वयं योगसंसिद्धः कालेनात्मनि विन्दति ॥ ३८ ॥

33. parata scias haec universa; sic cognito, liberaberis. Praestat
opum sacrificio scientiae sacrificium, o hostium vexator;
cuncta opera integra, Prithae fili, scientia comprehenduntur
34. et consummantur. Hanc tu quaere, *magistrorum* adoratione,
percunctatione et obsequio. Monstrabunt tibi scientiam sa-
35. pientes, veritatem rerum perspicientes: quam edoctus non
iterum in errorem talem incides, Pânduida, cuius scientiae
36. ope entia universa conspicies in te ipso, deinde in me. Si vel
maxime omnibus peccatoribus sis vitiosior, tamen scientiae
37. rate vectus totum vitiorum pelagus traiicies. Perinde ac
ligna accensus ignis in cinerem vertit, o Arjuna, pariter
38. scientiae ignis omnia opera in cinerem vertit. Haud sane

श्रद्धावाँल्लभते ज्ञानं तत्परः संयतेन्द्रियः ।
ज्ञानं लब्ध्वा परां शान्तिमचिरेणाधिगच्छति ॥ ३९ ॥
अज्ञश्चाश्रद्दधानश्च संशयात्मा विनश्यति ।
नायं लोकोऽस्ति न परो न सुखं संशयात्मनः ॥ ४० ॥
योगसंन्यस्तकर्माणं ज्ञानसंछिन्नसंशयं ।
आत्मवन्तं न कर्माणि निबध्नन्ति धनंजय ॥ ४१ ॥
तस्मादज्ञानसंभूतं हृत्स्थं ज्ञानासिनात्मनः ।
छित्त्वैनं संशयं योगमातिष्ठोत्तिष्ठ भारत ॥ ४२ ॥

इति श्रीभगवद्गीता° ज्ञानयोगो नाम चतुर्थोऽध्यायः
॥ ४ ॥

scientiae simile lustramen in hoc orbe exstat: id homo de-
votione consummatus ultro, temporis progressu, in se ipso
invenit. Qui fidem habet, adipiscitur scientiam; huic inten- 39.
tus, sensibus coërcitis, scientiam adeptus, ad summam tran-
quillitatem brevi pervenit. Ignarus autem, fideque carens, 40.
dubitationi indulgens, pessumdatur: neque hic mundus, nec
ulterior, nec felicitas eius est, qui dubitationi indulget. Vi- 41.
rum sui compotem, qui in devotione opera sua deposuit,
qui scientia dubitationem discidit, non constringunt vinculis
opera, o contemtor opum. Quapropter ex ignorantia proge- 42.
nitam cordi infixam dubitationem ense scientiae tuae discin-
dens, ad munus explendum conversus, age exsurge, o Bhârata!

LECTIO V.

॥ अर्जुन उवाच ॥

संन्यासं कर्मणां कृष्ण पुनर्योगं च शंससि ।

यच्छ्रेय एतयोरेकं तन्मे ब्रूहि सुनिश्चितं ॥ १ ॥

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

संन्यासः कर्मयोगश्च निःश्रेयसकरावुभौ ।

तयोस्तु कर्मसंन्यासात् कर्मयोगो विशिष्यते ॥ २ ॥

ज्ञेयः स नित्यसंन्यासी यो न द्वेष्टि न काङ्क्षति ।

निर्द्वन्द्वो हि महाबाहो सुखं बन्धात् प्रमुच्यते ॥ ३ ॥

सांख्ययोगौ पृथग्बालाः प्रवदन्ति न पण्डिताः ।

एकमप्यास्थितः सम्यगुभयोर्विन्दते फलं ॥ ४ ॥

ARJUNAS *loquitur:*

1. Abdicationem operum, Crishna, et altera ex parte exercitationem laudas: utrum horum sit melius unum, id mihi declara bene deliberatum.

ALMUM NUMEN *loquitur:*

2. Abdicatio et exercitatio operum, utrumque beatudinem parit; horum tamen prae operum abdicatione exercitatio ope-
3. rum aestimatur. Iudicandus est is constans abdicator, qui neque aversatur nec desiderat: qui autem a gemino affectu

यत् सांख्यैः प्राप्यते स्थानं तद्योगैरपि गम्यते ।
एकं सांख्यं च योगं च यः पश्यति स पश्यति ॥ ५ ॥
संन्यासस्तु महाबाहो दुःखमाप्तुमयोगतः ।
योगयुक्तो मुनिर्ब्रह्म नचिरेणाधिगच्छति ॥ ६ ॥
योगयुक्तो विशुद्धात्मा विजितात्मा जितेन्द्रियः ।
सर्वभूतात्मभूतात्मा कुर्वन्नपि न लिप्यते ॥ ७ ॥
नैव किंचित् करोमीति युक्तो मन्येत तत्त्ववित् ।
पश्यन् शृण्वन् स्पृशन् जिघ्रन्नश्नन् गच्छन् स्वपन् श्वसन् ॥
प्रलपन् विसृजन् गृह्णन्नुन्मिषन् निमिषन्नपि ।
इन्द्रियाणीन्द्रियार्थेषु वर्तन्त इति धारयन् ॥ ९ ॥

immunis est, o heros, nullo negotio vinculis exsolvitur. Di- 4.
sciplinam spectativam et activam seorsum nuncupant pueri,
non itidem docti: alterutri dumtaxat deditus simul utriusque
percipit fructum. Quam veri spectatores occupant stationem, 5.
ad eandem quoque operum actores perveniunt. Unam ean-
demque esse disciplinam spectativam et activam qui cer-
nit, is vere cernit. Abdicatio autem, o heros, difficilis est 6.
ad adipiscendum sine devotione: devotioni devotus anacho-
reta ad numen haud longo tempore accedit. Devotioni de- 7.
votus, mente castus, sibi ipsi imperans, sensuum domitor,
omnium animantium communione animatus, vel agendo non
polluitur. »Nihil equidem ago;« sic arbitretur devotus, ve- 8.
ritatis gnarus, cernens, audiens, tangens, odorans, edens,
ambulans, dormiens, spirans, loquens, dimittens, prehen- 9.
dens, intuens et connivens quoque; »sensus in rebus sibi

ब्रह्मण्याधाय कर्माणि सङ्गं त्यक्त्वा करोति यः ।
लिप्यते न स पापेन पद्मपत्रमिवाम्भसा ॥ १० ॥
कायेन मनसा बुद्ध्या केवलैरिन्द्रियैरपि ।
योगिनः कर्म कुर्वन्ति सङ्गं त्यक्त्वात्मशुद्धये ॥ ११ ॥
युक्तः कर्मफलं त्यक्त्वा शान्तिमाप्नोति नैष्ठिकीं ।
अयुक्तः कामकारेण फले सक्तो निबध्यते ॥ १२ ॥
सर्वकर्माणि मनसा संन्यस्यास्ते सुखं वशी ।
नवद्वारे पुरे देही नैव कुर्वन् न कारयन् ॥ १३ ॥
न कर्तृत्वं न कर्माणि लोकस्य सृजति प्रभुः ।
न कर्मफलसंयोगं स्वभावस्तु प्रवर्तते ॥ १४ ॥
नादत्ते कस्यचित् पापं न चैव सुकृतं विभुः ।
अज्ञानेनावृतं ज्ञानं तेन मुह्यन्ति जन्तवः ॥ १५ ॥

10. subiectis versantur; « ita persuasus. Qui agit, operibus suis
in numinis sinu depositis, ambitione dimissa, is peccato non
11. polluitur, sicuti nec loti folium aqua. Corpore, animo, mente,
mero sensuum ministerio etiam, devoti opus peragunt, am-
12. bitione dimissa, semetipsos lustrandi gratia. Devotus, ope-
rum fructu dimisso, tranquillitatem adipiscitur internam; de-
votione destitutus, cupidinis impetu fructum ambiens vinculis
13. constringitur. Cunctis operibus ex animo sepositis commode
sedet temperans mortalis in urbe novem portis instructa,
14. neque ipse agens, neque aliis agendi auctor. Non faculta-
tem agendi, neque opera mundi dominus creat, neque ap-
plicationem ad operum fructum: sed sua quemque indoles

ज्ञानेन तु तदज्ञानं येषां नाशितमात्मनः ।
तेषामादित्यवज्ज्ञानं प्रकाशयति तत् परं ॥ १६ ॥
तद्बुद्धयस्तदात्मानस्तन्निष्ठास्तत्परायणाः ।
गच्छन्त्यपुनरावृत्तिं ज्ञाननिर्धूतकल्मषाः ॥ १७ ॥
विद्याविनयसंपन्ने ब्राह्मणे गवि हस्तिनि ।
शुनि चैव श्वपाके च पण्डिताः समदर्शिनः ॥ १८ ॥
इहैव तैर्जितः सर्गो येषां साम्ये स्थितं मनः ।
निर्दोषं हि समं ब्रह्म तस्माद्ब्रह्मणि ते स्थिताः ॥ १९ ॥
न प्रहृष्येत् प्रियं प्राप्य नोद्विजेत् प्राप्य चाप्रियं ।
स्थिरबुद्धिरसंमूढो ब्रह्मविद्ब्रह्मणि स्थितः ॥ २० ॥
बाह्यस्पर्शेष्वसक्तात्मा विन्दत्यात्मनि यत् सुखं ।
स ब्रह्मयोगयुक्तात्मा सुखमक्षयमश्नुते ॥ २१ ॥

impellit. Non accipit ullius peccatum, nec vero etiam bene 15.
factum Omnipotens. Ignorantia involvit scientiam: hinc errat
genus humanum. At scientiae ope haec ignorantia e quorum 16.
animo sublata est, eorum scientia solis instar collustrat Sum-
mum istud. Huius memores, huc sese transferentes, huius 17.
consortes, in hoc intenti, ingrediuntur viam irremeabilem,
excussis scientia peccatis. In Brachmana doctrina et mode- 18.
stia praedito, in bove, in elephanto, tunc etiam in cane,
atque in homine, qui canina carne vescitur, sapientes idem
cernunt. In hac ipsa vita ab iis natura devicta est, quorum 19.
animus in aequabilitate perstat. Noxa vacuum nimirum et
aequabile est numen: ideo hi perstant in numine. Non 20.

ये हि संस्पर्शजा भोगा दुःखयोनय एव ते ।
आद्यन्तवन्तः कौन्तेय न तेषु रमते बुधः ॥ २२ ॥
शक्नोतीहैव यः सोढुं प्राक् शरीरविमोक्षणात् ।
कामक्रोधोद्भवं वेगं स युक्तः स सुखी नरः ॥ २३ ॥
योऽन्तःसुखोऽन्तरारामस्तथान्तर्ज्योतिरेव यः ।
स योगी ब्रह्मनिर्वाणं ब्रह्मभूतोऽधिगच्छति ॥ २४ ॥
लभन्ते ब्रह्मनिर्वाणमृषयः क्षीणकल्मषाः ।
छिन्नद्वैधा यतात्मानः सर्वभूतहिते रताः ॥ २५ ॥
कामक्रोधवियुक्तानां यतीनां यतचेतसां ।
अभितो ब्रह्मनिर्वाणं वर्तते विदितात्मनां ॥ २६ ॥

exultet gratum aliquid nactus, nec moereat nactus ingratum,
mente obfirmatus, imperturbatus, numinis gnarus, in numine
21. perstans. Externarum rerum contactibus haud addictus in
semet ipso invenit, quod volupe est; is *igitur* divinae de-
22. votioni devotus, voluptate infinita fruitur. Quae vero a con-
tactibus prodeunt deliciae, eae utique dolorem pariunt; ini-
tium habent et finem, Cuntidis nate: hisce non gaudet pru-
23. dens. Qui in hac ipsa vita perferre valet, ante liberationem
a corpore, impetum e cupidine et iracundia ortum, is devo-
24. tus, is vir beatus est. Qui intus delectatur, intus recreatur, qui-
que perinde intus illuminatur etiam, is devotus ad extinctio-
25. nem in numine, divinitatis particeps, pervenit. Adipiscun-
tur extinctionem in numine sapientes, deletis peccatis, an-
cipiti conditione exemti: sui compotes, omnium animantium
26. bono gaudentes. Qui a cupidine et ira segregati sunt, tem-

स्पर्शान् कृत्वा वहिर्वाह्यांश्चक्षुश्चैवान्तरे भ्रुवोः ।
प्राणापानौ समौ कृत्वा नासाभ्यन्तरचारिणौ ॥ २७ ॥
यतेन्द्रियमनोवुद्धिर्मुनिर्मोक्षपरायणः ।
विगतेच्छाभयक्रोधो यः सदा मुक्त एव सः ॥ २८ ॥
भोक्तारं यज्ञतपसां सर्वलोकमहेश्वरं ।
सुहृदं सर्वभूतानां ज्ञात्वा मां शान्तिमृच्छति ॥ २९ ॥

इति श्रीभगवद्गीता° कर्मसंन्यासयोगो नाम पञ्चमोऽध्यायः
॥ ५ ॥

perantes, temperatis cogitationibus, spiritalis essentiae gnari, prope eos exstinctio in numine versatur. Contactibus exter- 27.
nis exterminatis, obtutu in confinio superciliorum defixo, spiritu gemino, qui per narium meatus hauritur et efflatur, aequabiliter moderato, coërcitis sensibus, animo, mente, 28.
anachoreta unice in emancipationem intentus, qui semper vacat desiderio, ira et metu, is re vera iam emancipatus, quum cognoverit, me esse fautorem sacrificiorum et casti- 29.
moniarum, universi mundi magnum dominum, amicum omnium animantium, tranquillitatem adipiscitur.

LECTIO VI.

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

अनाश्रितः कर्मफलं कार्यं कर्म करोति यः ।
स संन्यासी च योगी च न निरग्निर्न चाक्रियः ॥ १ ॥
यं संन्यासमिति प्राहुर्योगं तं विद्धि पाण्डव ।
न ह्यसंन्यस्तसंकल्पो योगी भवति कश्चन ॥ २ ॥
आरुरुक्षोर्मुनेर्योगं कर्म कारणमुच्यते ।
योगारूढस्य तस्यैव शमः कारणमुच्यते ॥ ३ ॥
यदा हि नेन्द्रियार्थेषु न कर्मस्वनुषज्जते ।
सर्वसंकल्पसंन्यासी योगारूढस्तदोच्यते ॥ ४ ॥

Almum Numen *loquitur:*

1. Qui haud sollicitus de operis fructu opus peragendum
peragit, is et abdicator est et devotus; non quicunque sine igne
2. sacro et caeremoniis vivit. Quam abdicationem desumto ex re
vocabulo nuncupant, eandem esse devotionem scias, o Pan-
3. duida! Haud sane nisi abdicato sui studio devotus evadit quis-
quam. Annitenti ad devotionem anachoretae opera adiumento
esse feruntur; eidem vero ad devotionem iam eniso quies adiu-
4. mento esse fertur. Quippe quando neque in rebus, quae sensi-

उद्धरेदात्मनात्मानं नात्मानमवसादयेत् ।
आत्मैव ह्यात्मनो बन्धुरात्मैव रिपुरात्मनः ॥ ५ ॥
बन्धुरात्मात्मनस्तस्य येनात्मैवात्मना जितः ।
अनात्मनस्तु शत्रुत्वे वर्तेतात्मैव शत्रुवत् ॥ ६ ॥
जितात्मनः प्रशान्तस्य परमात्मा समाहितः ।
शीतोष्णसुखदुःखेषु तथा मानापमानयोः ॥ ७ ॥
ज्ञानविज्ञानतृप्तात्मा कूटस्थो विजितेन्द्रियः ।
युक्त इत्युच्यते योगी समलोष्टाश्मकाञ्चनः ॥ ८ ॥
सुहृन्मित्रार्युदासीनमध्यस्थद्वेष्यबन्धुषु ।
साधुष्वपि च पापेषु समबुद्धिर्विशिष्यते ॥ ९ ॥

bus obversantur, neque in operibus suspensus haeret, omni
commodi sui studio abdicato: tunc enisus ad devotionem di-
citur. Extricet semet sua ipsius ope, nequaquam ipse semet 5.
deprimat. Hominis spiritus tum suimet est socius, tum quo-
que suimet inimicus. Socius est suimet spiritus eius homi- 6.
nis, qui sua ipsius ope semet ipsum vicit; propter inimici-
tiam autem erga id, quod non spiritale est, spiritus inimici
more se gerere potest. Suimet domitoris, placidi, spiritus 7.
summum locum obtinens in se recolligitur, in frigore et ca-
lore, in voluptate et dolore, similiter etiam in honore et
ignominia. Cuius spiritus gaudet scientia et cognitione, in 8.
fastigio stans, sensibus perdomitis, is devotus dicitur, devo-
tioni initiatus, cui nihil interest inter glebam, lapidem et
aurum. Erga amicos, familiares, hostes, alienos, neutrarum 9.
partium homines, infensos, socios, erga bonos quoque et

योगी युञ्जीत सततमात्मानं रहसि स्थितः ।
एकाकी यतचित्तात्मा निराशीरपरिग्रहः ॥ १० ॥
शुचौ देशे प्रतिष्ठाप्य स्थिरमासनमात्मनः ।
नात्युच्छ्रितं नातिनीचं चेलाजिनकुशोत्तरं ॥ ११ ॥
तत्रैकाग्रं मनः कृत्वा यतचित्तेन्द्रियक्रियः ।
उपविश्यासने युंज्याद्योगमात्मविशुद्धये ॥ १२ ॥
समं कायशिरोग्रीवं धारयन्नचलं स्थिरः ।
संप्रेक्ष्य नासिकाग्रं स्वं दिशश्चानवलोकयन् ॥ १३ ॥
प्रशान्तात्मा विगतभीर्ब्रह्मचारिव्रते स्थितः ।
मनः संयम्य मच्चित्तो युक्त आसीत मत्परः ॥ १४ ॥
युञ्जन्नेवं सदात्मानं योगी नियतमानसः ।
शान्तिं निर्वाणपरमां मत्संस्थामधिगच्छति ॥ १५ ॥

10. improbos aequanimus magni aestimatur. Devotus semper
ipse se exerceat, secretum petens, solitarius, coërcitis cogi-
11. tationibus, nulla spe erectus, sine comitatu. In regione pura
figens sibi sedem stabilem, non nimis sublimem, nec nimis
12. humilem, veste stragula, nebride ac verbenis constratam, ibi
animo in unum intento, coërcitis cogitationibus, sensibus, acti-
busque, insidens huic sedili exerceat devotionem, lustrationis
13. suae gratia. Aequabiliter corpus, caput cervicemque immota
sustinens, firmus, intuens nasi sui apicem, nec plagas diver-
14. sas circumspiciens; placatus, timore excusso, in officiis stu-
diosi rerum divinarum perseverans, animum coërcens, me
15. meditans, sedeat devotus in me intentus. Sic semet ipsum exer-

नात्यश्नतस्तु योगोऽस्ति न चैकान्तमनश्नतः ।
न चातिस्वप्नशीलस्य जाग्रतो नैव चार्जुन ॥ १६ ॥
युक्ताहारविहारस्य युक्तचेष्टस्य कर्मसु ।
युक्तस्वप्नावबोधस्य योगो भवति दुःखहा ॥ १७ ॥
यदा विनियतं चित्तमात्मन्येवावतिष्ठते ।
निःस्पृहः सर्वकामेभ्यो युक्त इत्युच्यते तदा ॥ १८ ॥
यथा दीपो निवातस्थो नेङ्गते सोपमा स्मृता ।
योगिनो यतचित्तस्य युञ्जतो योगमात्मनः ॥ १९ ॥
यत्रोपरमते चित्तं निरुद्धं योगसेवया ।
यत्र चैवात्मनात्मानं पश्यन्नात्मनि तुष्यति ॥ २० ॥

cens, devotioni initiatus, animo coërcito, pervenit ad tranquilli-
tatem, apud me constitutam, praecipuam exstinctionis conditio-
nem. Nec nimium edentis est devotio, neque omnino cibo absti- 16.
nentis; nec nimio somno adsueti, nec pervigilantis etiam, o Ar-
juna! Qui temperans est in cibo sumendo atque in recreatione, 17.
qui temperanter operibus fungitur, qui temperans est in dor-
miendo ac vigilando, ei contingit devotio omnem aegritudinem
tollens. Quando plane coërcitam cogitationem in semet ipso defi- 18.
git, nullis cupiditatibus stimulatus, tunc demum devotus dicitur.
Sicuti lucerna citra venti impetum posita haud vacillat, haec 19.
similitudo memoratur devoti, coërcitis cogitationibus, qui suam
ipsius devotionem exercet. Ubi requiescit cogitatio, con- 20.
stricta devotionis cultu, et ubi, mentis oculis se ipse adspi-
ciens, sibimet placet; ubi voluptatem infinitam, quaecunque 21.
mente capitur, ultra sensus posita, comperit ille, neque de-

सुखमात्यन्तिकं यत्तद्बुद्धिग्राह्यमतीन्द्रियं ।
वेत्ति यत्र न चैवायं स्थितश्चलति तत्वतः ॥ २१ ॥
यं लब्ध्वा चापरं लाभं मन्यते नाधिकं ततः ।
यस्मिन् स्थितो न दुःखेन गुरुणापि विचाल्यते ॥ २२ ॥
तं विद्याद्दुःखसंयोगवियोगं योगसंज्ञितं ।
स निश्चयेन योक्तव्यो योगो निर्विण्णचेतसा ॥ २३ ॥
संकल्पप्रभवान् कामांस्त्यक्त्वा सर्वानशेषतः ।
मनसैवेन्द्रियग्रामं विनियम्य समन्ततः ॥ २४ ॥
शनैः शनैरुपरमेद्बुद्ध्या धृतिगृहीतया ।
आत्मसंस्थं मनः कृत्वा न किंचिदपि चिन्तयेत् ॥ २५ ॥
यतो यतो निश्चरति मनश्चञ्चलमस्थिरं ।
ततस्ततो नियम्यैतदात्मन्येव वशं नयेत् ॥ २६ ॥

22. fixus dimovetur a vera essentia; quo bono quaesito nullum
alium quaestum porro egregium ducit; in quo permanens
23. ne gravi quidem dolore labefactatur: hanc seiunctionem a
doloris coniugio sciat devotionis nomine designari. Haec devo-
tio exercenda est certo consilio, quo mens *rerum inde aliena-*
24. *rum* immemor fiat. Ex imaginatione ortas libidines dimittens
omnes omnino, animo sensuum compagem compescens quoquo
25. versus, sensim sensimque quiescat mente perseverantiam am-
plexa; animo ad secum commorandum assuefacto, ne hilum
26. quidem cogitet. Quotiescunque quopiam evagatur animus
mobilis, infirmus, toties hinc eo cohibito, ad suimet obse-
27. quium eum reducat. Tranquille animatum utique illum devo-

प्रशान्तमनसं ह्येनं योगिनं सुखमुत्तमं ।
उपैति शान्तरजसं ब्रह्मभूतमकल्मषं ॥ २७ ॥
युञ्जन्नेवं सदात्मानं योगी विगतकल्मषः ।
सुखेन ब्रह्मसंस्पर्शमत्यन्तं सुखमश्नुते ॥ २८ ॥
सर्वभूतस्थमात्मानं सर्वभूतानि चात्मनि ।
ईक्षते योगयुक्तात्मा सर्वत्र समदर्शनः ॥ २९ ॥
यो मां पश्यति सर्वत्र सर्वं च मयि पश्यति ।
तस्याहं न प्रणश्यामि स च मे न प्रणश्यति ॥ ३० ॥
सर्वभूतस्थितं यो मां भजत्येकत्वमास्थितः ।
सर्वथा वर्तमानो ऽपि स योगी मयि वर्तते ॥ ३१ ॥
आत्मौपम्येन सर्वत्र समं पश्यति यो ऽर्जुन ।
सुखं वा यदि वा दुःखं स योगी परमो मतः ॥ ३२ ॥

tum summa voluptas subit, sedato affectuum impetu in nu-
minis essentiam conversum, innocuum. Sic semper sese ipse 28.
devovens devotus, peccatis exsolutus, commode infinita vo-
luptate e numinis contactu fruitur. Devotioni deditus spiritum 29.
omnibus animantibus immorantem, et omnia animantia in spi-
ritu *comprehensa* contuetur, ubique idem conspiciens. Qui 30.
me cernit ubique, et Universum in me cernit, ex eo ego non
evanesco, neque is ex me evanescit. Omnibus animantibus im- 31.
morantem qui me colit, unitati intentus, quocunque tandem
modo *in vita* versetur, devotus ille mecum versatur. Qui sui 32.
ipsius similitudine ductus ubique idem cernit, o Arjuna, volupe
sit illud vel molestum, is devotorum princeps habetur.

॥ अर्जुन उवाच ॥

योऽयं योगस्त्वया प्रोक्तः साम्येन मधुसूदन ।
एतस्याहं न पश्यामि चञ्चलत्वात् स्थितिं स्थिरां ॥ ३३ ॥
चञ्चलं हि मनः कृष्ण प्रमाथि बलवद्दृढं ।
तस्याहं निग्रहं मन्ये वायोरिव सुदुष्करं ॥ ३४ ॥

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

असंशयं महाबाहो मनो दुर्निग्रहं चलं ।
अभ्यासेन तु कौन्तेय वैराग्येण च गृह्यते ॥ ३५ ॥
असंयतात्मना योगो दुष्प्राप इति मे मतिः ।
वश्यात्मना तु यतता शक्योऽवाप्तुमुपायतः ॥ ३६ ॥

Arjunas *loquitur:*

33. Illa ipsa, quae a te declarata est devotio aequabilitate, o Madhûs interfector! huius equidem haud video propter
34. mobilitatem *humani ingenii* stabilem conditionem. Mobilis sane est animus, o Crishna, turbulentus, vehemens, pertinax: eius ego coërcitionem arbitror, perinde ac venti, valde difficilem factu.

Almum Numen *loquitur:*

35. Sine dubio, o heros, animus difficilis est ad coërcendum, mobilis; exercitatione tamen, Cuntîdis nate, ac tempe-
36. rantia coërcetur. Ei, qui sui haud compos est, devotio difficilis est ad adipiscendum, meo quidem arbitrio; a morigero autem et annitente obtineri potest industria quadam.

॥ अर्जुन उवाच ॥

अयतिः श्रद्धयोपेतो योगाच्चलितमानसः ।
अप्राप्य योगसंसिद्धिं कां गतिं कृष्ण गच्छति ॥ ३७ ॥
कच्चिन्नोभयविभ्रष्टश्छिन्नाभ्रमिव नश्यति ।
अप्रतिष्ठो महाबाहो विमूढो ब्रह्मणः पथि ॥ ३८ ॥
एतं मे संशयं कृष्ण छेत्तुमर्हस्यशेषतः ।
त्वदन्यः संशयस्यास्य छेत्ता न ह्युपपद्यते ॥ ३९ ॥

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

पार्थ नैवेह नामुत्र विनाशस्तस्य विद्यते ।
न हि कल्याणकृत् कश्चिद्दुर्गतिं तात गच्छति ॥ ४० ॥

Arjunas *loquitur:*

Intemperans, sed fide instructus, declinante a devotione 37.
animo, haud adeptus devotionis consummationem: quamnam
viam, o Crishna, ingreditur? Nonne utrinque deiectus sicuti 38.
nubes fulmine discussa perit, fluctuans, o heros, aberrans-
que a tramite divino? Hoc dubium tu mihi, o Crishna, di- 39.
rimere debes integrum. Nemo alius profecto nisi tu huiusce
dubii propulsator reperitur.

Almum Numen *loquitur:*

O Prithae fili, neque heic, neque in vita futura exitium 40.
tali homini evenit; haud profecto honestus quisquam infau-
stam, amice, viam ingreditur. Nactus sedes superas probo- 41.

प्राप्य पुण्यकृतां लोकानुषित्वा शाश्वतीः समाः ।
शुचीनां श्रीमतां गेहे योगभ्रष्टोऽभिजायते ॥ ४१ ॥
अथ वा योगिनामेव कुले भवति धीमतां ।
एतद्धि दुर्लभतरं लोके जन्म यदीदृशं ॥ ४२ ॥
तत्र तं बुद्धिसंयोगं लभते पौर्वदेहिकं ।
यतते च ततो भूयः संसिद्धौ कुरुनन्दन ॥ ४३ ॥
पूर्वाभ्यासेन तेनैव ह्रियते ह्यवशोऽपि सः ।
जिज्ञासुरपि योगस्य शब्दब्रह्मातिवर्तते ॥ ४४ ॥
प्रयत्नाद्यतमानस्तु योगी संशुद्धकिल्बिषः ।
अनेकजन्मसंसिद्धस्ततो याति परां गतिं ॥ ४५ ॥
तपस्विभ्योऽधिको योगी ज्ञानिभ्योऽपि मतोऽधिकः ।
कर्मिभ्यश्चाधिको योगी तस्माद्योगी भवार्जुन ॥ ४६ ॥

rum, commoratus ibi annos infinitos, in castorum beatorum-
42. que familia, qui devotione excidit, regeneratur, vel etiam
e devotorum sapientium stirpe nascitur. Difficillimi sane ad
43. adipiscendum in hoc mundo sunt natales eiusmodi. Ibi can-
dem mentis applicationem assumit, quam in priore corpore
habuerat, enititurque deinde vehementius ad consummatio-
44. nem, o Curûs proles. Prius contracta consuetudine ista
ultro etiam is abripitur. Vel devotionem cognoscendi studio-
45. sus theologiam meris verbis circumscriptam praevertit; pro
virili vero contendens devotus, lustratus a peccatis, repeti-
tis natalibus consummatus, dehinc summum iter ingreditur.
46. Ascetis superior devotus, scientia praeditis quoque superior

योगिनामपि सर्वेषां मद्गतेनान्तरात्मना ।
श्रद्धावान् भजते यो मां स मे युक्ततमो मतः ॥ ४७ ॥

इति श्रीभगवद्गीता॰ आत्मसंयमयोगो नाम षष्ठोऽध्यायः
॥ ६ ॥

aestimatur, operumque confectoribus superior devotus: ergo
devotus fias, o Arjuna. Inter universos porro devotos, qui, 47.
intima mente ad me conversa, fidei plenus me colit, is de-
votissimus a me iudicatur.

LECTIO VII.

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

मय्यासक्तमनाः पार्थ योगं युञ्जन् मदाश्रयः ।
असंशयं समग्रं मां यथा ज्ञास्यसि तच्छृणु ॥ १ ॥
ज्ञानं ते ऽहं सविज्ञानमिदं वक्ष्याम्यशेषतः ।
यज्ज्ञात्वा नेह भूयो ऽन्यज्ज्ञातव्यमवशिष्यते ॥ २ ॥
मनुष्याणां सहस्रेषु कश्चिद्यतति सिद्धये ।
यततामपि सिद्धानां कश्चिन्मां वेत्ति तत्त्वतः ॥ ३ ॥
भूमिरापो ऽनलो वायुः खं मनो बुद्धिरेव च ।
अहंकार इतीयं मे भिन्ना प्रकृतिरष्टधा ॥ ४ ॥

ALMUM NUMEN *loquitur:*

1. Animo in me defixo, Prithae fili, devotionem exercens,
me confisus, quomodo haud dubie me integrum cogniturus
2. sis, id nunc ausculta. Ego tibi hanc scientiam universalem
cum peculiari coniunctam plene effabor, qua cognita in hoc
3. mundo non amplius aliud cognoscendum relinquitur. E mortalium millibus vix singulus quispiam ad perfectionem enititur; annitentium quoque ac consummatorum vix singulus
4. me penitus novit. Terra, aqua, ignis, aër, aether, animus,
nec non mens, sui studium denique, hunc in modum haecce

अपरेयमितस्त्वन्यां प्रकृतिं विद्धि मे परां ।
जीवभूतां महाबाहो ययेदं धार्यते जगत् ॥ ५ ॥
एतद्योनीनि भूतानि सर्वाणीत्युपधारय ।
अहं कृत्स्नस्य जगतः प्रभवः प्रलयस्तथा ॥ ६ ॥
मत्तः परतरं नान्यत् किंचिदस्ति धनंजय ।
मयि सर्वमिदं प्रोतं सूत्रे मणिगणा इव ॥ ७ ॥
रसोऽहमप्सु कौन्तेय प्रभास्मि शशिसूर्ययोः ।
प्रणवः सर्ववेदेषु शब्दः खे पौरुषं नृषु ॥ ८ ॥
पुण्यो गन्धः पृथिव्यां च तेजश्चास्मि विभावसौ ।
जीवनं सर्वभूतेषु तपश्चास्मि तपस्विषु ॥ ९ ॥
वीजं मां सर्वभूतानां विद्धि पार्थ सनातनं ।
वुद्धिर्वुद्धिमतामस्मि तेजस्तेजस्विनामहं ॥ १० ॥

mea natura in octonas partes distribuitur, scilicet inferior 5.
ista: at praeter hanc aliam scias meam naturam supremam,
vitalem, o heros, qua mundus hic sustentatur. Ex eius 6.
utero funduntur universa animantia, ita intellige. Ego sum
totius mundi origo, nec non dissolutio. Me praestantius non 7.
aliud quidquam exstat, o contemtor opum. In me Univer-
sum hoc est suspensum, sicuti in filo margaritarum lineae.
Sapor ego sum in aquis, iubar sum in sole ac luna, nomen 8.
mysticum in universis libris sacris, sonus in aethere, vigor
masculus in hominibus, et suavis odor in tellure, splendor- 9.
que sum in flamma, vita in omnibus animantibus, et casti-
monia in ascetis. Semen perpetuum omnium animantium 10.

बलं बलवतां चाहं कामरागविवर्जितं ।
धर्माविरुद्धो भूतेषु कामोऽस्मि भरतर्षभ ॥ ११ ॥
ये चैव सात्विका भावा राजसास्तामसाश्च ये ।
मत्त एवेति तान् विद्धि न त्वहं तेषु ते मयि ॥ १२ ॥
त्रिभिर्गुणमयैर्भावैरेभिः सर्वमिदं जगत् ।
मोहितं नाभिजानाति मामेभ्यः परमव्ययं ॥ १३ ॥
दैवी ह्येषा गुणमयी मम माया दुरत्यया ।
मामेव ये प्रपद्यन्ते मायामेतां तरन्ति ते ॥ १४ ॥
न मां दुष्कृतिनो मूढाः प्रपद्यन्ते नराधमाः ।
माययापहृतज्ञाना आसुरं भावमाश्रिताः ॥ १५ ॥
चतुर्विधा भजन्ते मां जनाः सुकृतिनोऽर्जुन ।
आर्त्तो जिज्ञासुरर्थार्थी ज्ञानी च भरतर्षभ ॥ १६ ॥

11. nosce me, o Prithae fili. Prudentia prudentium, fortitudo
fortium ego sum; roburque robustorum ego, a cupiditate
atque amore segregatum. In animantibus sum libido lege
12. non impedita, Bharatidarum princeps; et quicunque tandem
essentiales sunt affectus, impetuosi ac tenebrosi, ex me
nempe hos *ortos* scias: non equidem illis insum, insunt illi
13. mihi. Trinis hisce qualitatum naturalium propriis affectibus
totus hicce mundus delusus non agnoscit me istis superio-
14. rem, incorruptibilem. Divina quidem illa virtus mea, in
qualitatibus operata, difficilis transgressu est; attamen, qui
ad me convertuntur, ii hanc virtutem mysticam traiiciunt.
15. Non ad me convertuntur malefici, stulti, hominum infimi,

तेषां ज्ञानी नित्ययुक्त एकभक्तिर्विशिष्यते ।
प्रियो हि ज्ञानिनोऽत्यर्थमहं स च मम प्रियः ॥ १७ ॥
उदाराः सर्व एवैते ज्ञानी त्वात्मैव मे मतं ।
आस्थितः स हि युक्तात्मा मामेवानुत्तमां गतिं ॥ १८ ॥
बहूनां जन्मनामन्ते ज्ञानवान् मां प्रपद्यते ।
वासुदेवः सर्वमिति स महात्मा सुदुर्लभः ॥ १९ ॥
कामैस्तैस्तैर्हृतज्ञानाः प्रपद्यन्तेऽन्यदेवताः ।
तं तं नियममास्थाय प्रकृत्या नियताः स्वया ॥ २० ॥
यो यो यां यां तनुं भक्तः श्रद्धयार्चितुमिच्छति ।
तस्य तस्याचलां श्रद्धां तामेव विदधाम्यहं ॥ २१ ॥

quorum scientia aufertur rerum specie, daemoniacam indolem
sectantes. Quaternorum generum homines probi me colunt, 16.
o Arjuna: afflictus, cognoscendi studiosus, quaerendis opibus
intentus, atque sciens, o Bharatidarum princeps. Inter hos 17.
sciens, semper devotus, unico cultui addictus, eminet: valde
carus ego sum scienti, et ille mihi carus est. Generosi 18.
quidem omnes isti, sed sciens mei ipsius instar a me iudi-
catur. Is utique ad me sese applicat tanquam ad viam su-
premam. Multarum regenerationum in fine scientia praedi- 19.
tus ad me procedit. »Vâsudêvas est Universum;« cui sic
persuasum sit, is magnanimus difficilis inventu est. Ii, quo- 20.
rum scientia aufertur cupiditatibus quibuslibet, ad alios Di-
vos convertuntur, ad hanc vel illam normam sese dirigen-
tes, sua natura compulsi. Quamcunque aliquis effigiem co- 21.
lens cum fide venerari studet, unicuique horum secundum

स तया श्रद्धया युक्तस्तस्याराधनमीहते ।
लभते च ततः कामान् मयैव विहितान् हितान् ॥ २२ ॥
अन्तवत् तु फलं तेषां तद्भवत्यल्पचेतसां ।
देवान् देवयजो यान्ति मद्भक्ता यान्ति मामपि ॥ २३ ॥
अव्यक्तं व्यक्तिमापन्नं मन्यन्ते मामबुद्धयः ।
परं भावमजानन्तो ममाव्ययमनुत्तमं ॥ २४ ॥
नाहं प्रकाशः सर्वस्य योगमायासमावृतः ।
मूढोऽयं नाभिजानाति लोको मामजमव्ययं ॥ २५ ॥
वेदाहं समतीतानि वर्तमानानि चार्जुन ।
भविष्याणि च भूतानि मां तु वेद न कश्चन ॥ २६ ॥
इच्छाद्वेषसमुत्थेन द्वन्द्वमोहेन भारत ।
सर्वभूतानि संमोहं सर्गे यान्ति परंतप ॥ २७ ॥

22. fidem istam constantem ego *sortem suam* dispertio. Hic aut
ille tali fidei deditus illam effigiem propitiare studet, accipit-
23. que deinde desideria sua grata a me dispertita. At finitum est
praemium istud istorum parum intelligentium: ad Divos per-
gunt qui Divis litant, mei cultores ad me perinde pergunt.
24. Invisibilem me visibilitate praeditum arbitrantur insipientes,
praestantiorem naturam meam ignorantes incorruptibilem, su-
25. premam. Haud manifestus ego sum cunctis, mystica virtute
involutus; stultum istud vulgus me non agnoscit innatum,
26. incorruptibilem. Novi equidem praeterita ac praesentia, o
27. Arjuna, futuraque animantia; me vero nemo novit. Propen-
sione ac aversatione excitato ancipiti errore, o Bhârata, uni-

येषां त्वन्तगतं पापं जनानां पुण्यकर्मणां ।
ते द्वन्द्वमोहनिर्मुक्ता भजन्ते मां दृढव्रताः ॥ २८ ॥
जरामरणमोक्षाय मामाश्रित्य यतन्ति ये ।
ते ब्रह्म तद्विदुः कृत्स्नमध्यात्मं कर्म चाखिलं ॥ २९ ॥
साधिभूताधिदैवं मां साधियज्ञं च ये विदुः ।
प्रयाणकालेऽपि च मां ते विदुर्युक्तचेतसः ॥ ३० ॥

इति श्रीभगवद्गीता° विज्ञानयोगो नाम सप्तमो ऽध्यायः
॥ ७ ॥

versa animantia in rerum natura ad delirium pergunt, ho-
stium vexator. Quorum autem deleta est labes sancte de- 28.
gentium, ii, ab ancipiti errore liberati, me colunt, votorum
tenaces. Qui ad liberationem a senio ac morte, ad me con- 29.
fugientes, enituntur, ii NUMEN istud totum norunt, et INTI-
MUM SPIRITUM, OPUSque integrum. Qui sciunt me eundem 30.
esse ANIMAM ANIMANTIUM, NUMEN DEORUM, et AUCTOREM RE-
LIGIONUM, ii obitus tempore quoque, devote animati, me
norunt.

LECTIO VIII.

॥ अर्जुन उवाच ॥

किं तद्ब्रह्म किमध्यात्मं किं कर्म पुरुषोत्तम ।
अधिभूतं च किं प्रोक्तमधिदैवं किमुच्यते ॥ १ ॥
अधियज्ञः कथं कोऽत्र देहेऽस्मिन् मधुसूदन ।
प्रयाणकाले च कथं ज्ञेयोऽसि नियतात्मभिः ॥ २ ॥

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

अक्षरं ब्रह्म परमं स्वभावोऽध्यात्ममुच्यते ।
भूतभावोद्भवकरो विसर्गः कर्मसंज्ञितः ॥ ३ ॥
अधिभूतं क्षरो भावः पुरुषश्चाधिदैवतं ।
अधियज्ञोऽहमेवात्र देहे देहभृतां वर ॥ ४ ॥

ARJUNAS *loquitur:*

1. Quidnam est istud NUMEN? quisnam INTIMUS SPIRITUS? quidnam OPUS, virorum praestantissime? et ANIMA ANIMANTIUM quaenam praedicari solet? NUMEN DEORUM quidnam
2. dicitur? AUCTOR RELIGIONUM quomodo quispiam *esse potest* heic in hoc corpore, o Madhûs interfector? Obitusque tempore quomodo cognoscendus es tu iis, qui sui sunt compotes?

ALMUM NUMEN *loquitur:*

3. Essentia simplex ac individua est summum numen; indoles intimus spiritus dicitur; animantium geniturae efficax
4. emanatiò operis nomine significatur; anima animantium est na-

अन्तकाले च मामेव स्मरन् मुक्त्वा कलेवरं ।
यः प्रयाति स मद्भावं याति नास्त्यत्र संशयः ॥ ५ ॥
यं यं वापि स्मरन् भावं त्यजत्यन्ते कलेवरं ।
तं तमेवैति कौन्तेय सदा तद्भावभावितः ॥ ६ ॥
तस्मात् सर्वेषु कालेषु मामनुस्मर युध्य च ।
मय्यर्पितमनोबुद्धिर्मामेवैष्यस्यसंशयः ॥ ७ ॥
अभ्यासयोगयुक्तेन चेतसानन्यगामिना ।
परमं पुरुषं दिव्यं याति पार्थानुचिन्तयन् ॥ ८ ॥
कविं पुराणमनुशासितारम्
अणोरणीयांसमनुस्मरेद्यः ।
सर्वस्य धातारमचिन्त्यरूपम्
आदित्यवर्णं तमसः परस्तात् ॥ ९ ॥

tura dividua, Geniusque numen Deorum; auctor religionum
ego ipse sum in hoc corpore, mortalium optime; et qui obitus 5.
tempore mei memor, defunctus corpore, hinc proficiscitur,
is ad meam naturam pergit sine ullo dubio; vel cuiuscun- 6.
que naturae memor corpus suum relinquit in fine vitae, eam
ipsam adit, Cuntidis nate, semper ad naturam istam confor-
matus. Quare omni tempore mei memento ac pugna! Ani- 7.
mum mentemque mihi tradens me adibis procul dubio. Co-
gitatione ad devotionem exercendam applicata, non aliorsum 8.
evagante, qui summum Genium coelestem meditatur, is ad
eum pergit. Qui meminerit vatem antiquum, moderatorem, 9.
atomo subtiliorem, Universi tutorem, incomprehensibili for-

प्रयाणकाले मनसाचलेन
भक्त्या युक्तो योगबलेन चैव ।
भ्रुवोर्मध्ये प्राणमावेश्य सम्यक्
स तं परं पुरुषमुपैति दिव्यं ॥ १० ॥
यदक्षरं वेदविदो वदन्ति
विशन्ति यद्यतयो वीतरागाः ।
यदिच्छन्तो ब्रह्मचर्यं चरन्ति
तत् ते पदं संग्रहेण प्रवक्ष्ये ॥ ११ ॥
सर्वद्वाराणि संयम्य मनो हृदि निरुध्य च ।
मूर्ध्न्याधायात्मनः प्राणमास्थितो योगधारणां ॥ १२ ॥
ओमित्येकाक्षरं ब्रह्म व्याहरन् मामनुस्मरन् ।
यः प्रयाति त्यजन् देहं स याति परमां गतिं ॥ १३ ॥

10. ma, solis colore supra tenebras effulgentem, obitus tempore, animo obfirmato, devotus in religione, ac vi devotionis in superciliorum confinio spiritum vitalem colligens, is om-
11. nino hunc summum Genium coelestem adit. Quod simplex ac individuum librorum sacrorum gnari nuncupant; quo ingrediuntur temperantes, affectuum expertes; quod cupientes vitam religiosam instituunt: huc tibi iter compendio effabor.
12. Cunctis *sensuum* portis occlusis, animo in corde cohibito, in capite collecto spiritu vitali, permanens in devotionis
13. perseverantia, monosyllabum mysticum Ôm pronuntiando numen adorans, mei memor, qui proficiscitur corpus mortale
14. relinquens, is per summam viam incedit. Nihil aliud un-

अनन्यचेताः सततं यो मां स्मरति नित्यशः ।
तस्याहं सुलभः पार्थ नित्ययुक्तस्य योगिनः ॥ १४ ॥
मामुपेत्य पुनर्जन्म दुःखालयमशाश्वतं ।
नाप्नुवन्ति महात्मानः संसिद्धिं परमां गताः ॥ १५ ॥
आब्रह्मभुवनाल्लोकाः पुनरावर्तिनोऽर्जुन ।
मामुपेत्य तु कौन्तेय पुनर्जन्म न विद्यते ॥ १६ ॥
सहस्रयुगपर्यन्तमहर्यद् ब्रह्मणो विदुः ।
रात्रिं युगसहस्रान्तां तेऽहोरात्रविदो जनाः ॥ १७ ॥
अव्यक्ताद्व्यक्तयः सर्वाः प्रभवन्त्यहरागमे ।
रात्र्यागमे प्रलीयन्ते तत्रैवाव्यक्तसंज्ञके ॥ १८ ॥
भूतग्रामः स एवायं भूत्वा भूत्वा प्रलीयते ।
रात्र्यागमेऽवशः पार्थ प्रभवत्यहरागमे ॥ १९ ॥

quam cogitans qui me perpetuo meminit, ei facilis sum ad
impetrandum devoto semper se exercenti. Me adito novam 15.
genituram, doloris consortem, caducam, non subeunt ma-
gnanimi, ad perfectionem summam progressi. Usque ad 16.
Brachmanis coelum omnes mundi sunt remeabiles, o Arjuna;
me vero adito, Cuntidis nate, nova genitura non datur.
Mille aetatibus finitum qui diem Brachmanis norunt, noctem 17.
in fine mille aetatum subeuntem, hi mortales noctis ac diei
gnari sunt. Ex invisibili visibilia cuncta prodeunt die ap- 18.
propinquante, nocte appropinquante dissolvuntur in isto
ipso, quod invisibile dicitur. Elementorum compages haecce 19.
ipsa quoque identidem condita dissolvitur nocte appropinquan-

परस्तस्मात् तु भावो ऽन्यो ऽव्यक्तो व्यक्तात् सनातनः ।
यः स सर्वेषु भूतेषु नश्यत्सु न विनश्यति ॥ २० ॥
अव्यक्तो ऽक्षर इत्युक्तस्तमाहुः परमां गतिं ।
यं प्राप्य न निवर्तन्ते तद्धाम परमं मम ॥ २१ ॥
पुरुषः स परः पार्थ भक्त्या लभ्यस्त्वनन्यया ।
यस्यान्तःस्थानि भूतानि येन सर्वमिदं ततं ॥ २२ ॥
यत्र काले त्वनावृत्तिमावृत्तिं चैव योगिनः ।
प्रयाता यान्ति तं कालं वक्ष्यामि भरतर्षभ ॥ २३ ॥
अग्निर्ज्योतिरहः शुक्लः षण्मासा उत्तरायणं ।
तत्र प्रयाता गच्छन्ति ब्रह्म ब्रह्मविदो जनाः ॥ २४ ॥
धूमो रात्रिस्तथा कृष्णः षण्मासा दक्षिणायनं ।
तत्र चान्द्रमसं ज्योतिर्योगी प्राप्य निवर्तते ॥ २५ ॥

20. te; ultro deinde, Prithae fili, prodit die oriente. Diversa
vero ab hac visibili exstat alia natura invisibilis, aeterna, quae
omnibus animantibus pereuntibus non et ipsa perit, invisibi-
21. lis, individua, sic dicta. Hanc viam summam praedicant,
quam *naturam* nacti non amplius revertuntur; haec est mansio
22. mea suprema. Genius iste summus vero, Prithae fili, impetrari
potest cultu non aliorsum spectante, *iste*, *dico*, cui penitus
23. insunt animantia, a quo Universum hoc expansum. Quo tem-
pore autem ad sortem irrevolubilem vel revolubilem etiam,
vita defuncti proficiscantur: hoc tempus tibi declarabo, Bha-
24. ratidarum princeps. Ignis, lux, dies, luna crescens, sex
menses, quibus sol borealem polum percurrit: horum spatio

शुक्लकृष्णे गती ह्येते जगतः शाश्वते मते ।
एकया यात्यनावृत्तिमन्ययावर्तते पुनः ॥ २६ ॥
नैते सृती पार्थ जानन् योगी मुह्यति कश्चन ।
तस्मात् सर्वेषु कालेषु योगयुक्तो भवार्जुन ॥ २७ ॥
वेदेषु यज्ञेषु तपःसु चैव
 दानेषु यत् पुण्यफलं प्रदिष्टं ।
अत्येति तत् सर्वमिदं विदित्वा
 योगी परं स्थानमुपैति चाद्यं ॥ २८ ॥

इति श्रीभगवद्गीता॰ अक्षरपरब्रह्मयोगो नाम अष्टमो ऽध्यायः ॥ ८ ॥

defuncti adeunt numen mortales numinis gnari. Fumus, 25.
nox, similiter luna senescens, sex menses, quibus sol au-
strinum polum percurrit: horum spatio *defunctus* lunarem
splendorem adeptus devotus iterum revertitur. Utrumque 26.
hoc iter, candidum et atrum, perpetuum in hoc mundo prae-
dicatur: altero ad sortem irrevolubilem pervenit, altero de-
nuo revolvitur. Binos hosce tramites cognoscens, Prithae 27.
fili, haud quisquam devotus perturbatur: quare omnibus
temporibus devotioni devotus sis, o Arjuna. Quodcunque 28.
libris sacris legendis, sacris faciendis, castimoniis largitioni-
busque virtutis praemium promissum est, id integrum supe-
rat devotus isto *discrimine* cognito, et stationem summam
ac principem subit.

LECTIO IX.

॥ श्रीभगवानुवाच ।

इदं तु ते गुह्यतमं प्रवक्ष्याम्यनसूयवे ।
ज्ञानं विज्ञानसहितं यज्ज्ञात्वा मोक्ष्यसेऽशुभात् ॥ १ ॥
राजविद्या राजगुह्यं पवित्रमिदमुत्तमं ।
प्रत्यक्षावगमं धर्म्यं सुसुखं कर्तुमव्ययं ॥ २ ॥
अश्रद्दधानाः पुरुषा धर्मस्यास्य परंतप ।
अप्राप्य मां निवर्तन्ते मृत्युसंसारवर्त्मनि ॥ ३ ॥
मया ततमिदं सर्वं जगदव्यक्तमूर्तिना ।
मत्स्थानि सर्वभूतानि न चाहं तेष्ववस्थितः ॥ ४ ॥

ALMUM NUMEN *loquitur:*

1. Nunc vero hanc tibi maxime absconditam effabor haud
obtrectanti scientiam universalem cum peculiari coniunctam,
2. quam edoctus a malo liberaberis. Haec est regia disciplina;
hoc regium arcanum, idemque lustramen praestantissimum,
ipso intuitu perspicuum, sanctum, percommodum actu, inex-
3. haustum. Qui fide deficiuntur homines huic religioni haben-
da, o hostium vexator, me haud adepti revertuntur in se-
4. dem vicissitudinum mortalitatis. Expansus est universus hic
mundus a me, formae visibilis experte. Mihi insunt omnia

न च मत्स्थानि भूतानि पश्य मे योगमैश्वरं ।
भूतभृन्न च भूतस्थो ममात्मा भूतभावनः ॥ ५ ॥
यथाकाशस्थितो नित्यं वायुः सर्वत्रगो महान् ।
तथा सर्वाणि भूतानि मत्स्थानीत्युपधारय ॥ ६ ॥
सर्वभूतानि कौन्तेय प्रकृतिं यान्ति मामकीं ।
कल्पक्षये पुनस्तानि कल्पादौ विसृजाम्यहं ॥ ७ ॥
प्रकृतिं स्वामवष्टभ्य विसृजामि पुनः पुनः ।
भूतग्राममिमं कृत्स्नमवशं प्रकृतेर्वशात् ॥ ८ ॥
न च मां तानि कर्माणि निबध्नन्ति धनंजय ।
उदासीनवदासीनमसक्तं तेषु कर्मसु ॥ ९ ॥
मयाध्यक्षेण प्रकृतिः सूयते सचराचरं ।
हेतुनानेन कौन्तेय जगद्विपरिवर्तते ॥ १० ॥

animantia, at ego illis non immoror; *re vera* tamen mihi 5.
non insunt animantia: ecce mysterium meum augustum!
Animantium sustentator, non insidens animantibus, est spi-
ritus meus, animantia animans. Perinde ac aetheri semper 6.
immoratur aër omnivagus, immensus, similiter cuncta ani-
mantia mihi insunt; sic tu intellige. Omnia animantia in 7.
naturam meam redeunt in fine aevi mundani; denuo illa prin-
cipio novi aevi mundani ego emitto. Naturae meae innixus 8.
emitto iterum iterumque elementorum compagem hanc totam,
sponte natam, e solo naturae arbitrio. Neque me haec opera 9.
implicant, o contemtor opum, tanquam exterum in iis versan-
tem, nec suspensum in hisce operibus. Me praeside natura 10.

अवजानन्ति मां मूढा मानुषीं तनुमाश्रितं ।
परं भावमजानन्तो मम भूतमहेश्वरं ॥ ११ ॥
मोघाशा मोघकर्माणो मोघज्ञाना विचेतसः ।
राक्षसीमासुरीं चैव प्रकृतिं मोहिनीं श्रिताः ॥ १२ ॥
महात्मानस्तु मां पार्थ दैवीं प्रकृतिमाश्रिताः ।
भजन्त्यनन्यमनसो ज्ञात्वा भूतादिमव्ययं ॥ १३ ॥
सततं कीर्तयन्तो मां यतन्तश्च दृढव्रताः ।
नमस्यन्तश्च मां भक्त्या नित्ययुक्ता उपासते ॥ १४ ॥
ज्ञानयज्ञेन चाप्यन्ये यजन्तो मामुपासते ।
एकत्वेन पृथक्त्वेन बहुधा विश्वतोमुखं ॥ १५ ॥
अहं क्रतुरहं यज्ञः स्वधाहमहमौषधं ।
मन्त्रोऽहमहमेवाज्यमहमग्निरहं हुतं ॥ १६ ॥

partu edit mobilia simul cum immobilibus: ea de caussa,
11. Cunctis nate, mundus circumvolvitur. Despiciunt me stulti,
humana specie indutum, summam naturam meam ignorantes,
12. animantium dominam, vanae spei fidentes, vanis operibus
vacantes, vanae scientiae studiosi, intellectu privati, naturam
13. infernam, daemoniacam ac fraudulentam sectantes. Magnanimi vero, Prithae fili, ad naturam divinam conversi, me colunt animo unice intento, cognoscentes me animantium prin-
14. cipium incorruptibile. Perpetuo me laudibus celebrantes
annitentesque, propositi tenaces, salutantesque me, semper
15. devoti religiose venerantur. Scientiae sacrificio quoque alii
litantes me venerantur, in unitate ac specietate multifariam

पिताहमस्य जगतो माता धाता पितामहः ।
वेद्यं पवित्रमोंकार् ऋक् साम यजुरेव च ॥ १७ ॥
गतिर्भर्ता प्रभुः साक्षी निवासः शरणं सुहृत् ।
प्रभवः प्रलयः स्थानं निधानं बीजमव्ययं ॥ १८ ॥
तपाम्यहमहं वर्षं निगृह्णाम्युत्सृजामि च ।
अमृतं चैव मृत्युश्च सदसच्चाहमर्जुन ॥ १९ ॥
त्रैविद्या मां सोमपाः पूतपापा
यज्ञैरिष्ट्वा स्वर्गतिं प्रार्थयन्ते ।
ते पुण्यमासाद्य सुरेन्द्रलोकम्
अश्नन्ति दिव्यान् दिवि देवभोगान् ॥ २० ॥

facie quoquo obversum. Ego sum sacrificium, ego ritus solen- 16.
nis, ego libatio, ego ador, carmen ego sum, ego itidem oleum
sacrum, ego ignis, ego tus incensum. Pater ego sum huius 17.
mundi, mater, altor atque avus; doctrina arcana, lustramen,
monosyllabum mysticum, ac triplex librorum sacrorum vo-
lumen; via, nutritor, dominus, testis, domicilium, asylum, 18.
amicus, origo, dissolutio, statio, thesaurus, semen inexhau-
stum. Tepefacio ego orbem, ego imbrem retineo vel emit- 19.
to; ambrosia perinde ac letum, ens ac non ens ego sum,
o Arjuna. Ternorum librorum sacrorum periti, asclepiadis 20.
acidae potores, peccatis suis lustrati, sacrificiis functi, viam
superam a me exorant. Hi, sanctum nacti Indrae mundum,
fruuntur divinis in coelo gaudiis Divorum. Iidem, amplissimo 21.
illo mundo gavisi, praemio sanctitatis suae exhausto, ad or-
bem mortalium redeunt: sic religionem librorum sacrorum

ते तं भुक्ता स्वर्गलोकं विशालं
क्षीणे पुण्ये मर्त्यलोकं विशन्ति ।
एवं त्रयीधर्ममनुप्रपन्ना
गतागतं कामकामा लभन्ते ॥ २१ ॥
अनन्याश्चिन्तयन्तो मां ये जनाः पर्युपासते ।
तेषां नित्याभियुक्तानां योगक्षेमं वहाम्यहं ॥ २२ ॥
येऽप्यन्यदेवता भक्ता यजन्ते श्रद्धयान्विताः ।
तेऽपि मामेव कौन्तेय यजन्त्यविधिपूर्वकं ॥ २३ ॥
अहं हि सर्वयज्ञानां भोक्ता च प्रभुरेव च ।
न तु मामभिजानन्ति तत्त्वेनातश्च्यवन्ति ते ॥ २४ ॥
यान्ति देवव्रता देवान् पितॄन् यान्ति पितृव्रताः ।
भूतानि यान्ति भूतेज्या यान्ति मद्याजिनोऽपि मां ॥२५॥

sectantes, desideriis capti, felicitatem fluxam ac reciprocan-
22. tem adipiscuntur. Qui autem mortales de nullo alio cogi-
tantes me venerantur, hisce semper intentis securitatem boni
23. eventus ego praebeo. Qui vel alios Divos colunt religiosi,
ii ipsi quoque me tamen colunt, Cuntidis nate, sed cultu
24. non rite instituto. Ego sane omnium sacrificiorum et per-
ceptor sum et dominus: sed isti me non ex veritate discer-
25. nunt, hinc ad inferiora delabuntur. Pergunt Divis addicti
ad Divos; ad Manes proavorum pergunt proavorum Manibus
addicti; ad Lemures pergunt Lemurum cultores; pergunt ad
26. me denique cultores mei. Folium, florem, fructum, aquam,
si quis mihi cum religione offert, id ego religiose oblatum

पत्रं पुष्पं फलं तोयं यो मे भक्त्या प्रयच्छति ।
तदहं भक्त्युपहृतमश्नामि प्रयतात्मनः ॥ २६ ॥
यत् करोषि यदश्नासि यज्जुहोषि ददासि यत् ।
यत् तपस्यसि कौन्तेय तत् कुरुष्व मदर्पणं ॥ २७ ॥
शुभाशुभफलैरेवं मोक्ष्यसे कर्मबन्धनैः ।
संन्यासयोगयुक्तात्मा विमुक्तो मामुपैष्यसि ॥ २८ ॥
समो ऽहं सर्वभूतेषु न मे द्वेष्यो ऽस्ति न प्रियः ।
ये भजन्ति तु मां भक्त्या मयि ते तेषु चाप्यहं ॥ २९ ॥
अपि चेत् सुदुराचारो भजते मामनन्यभाक् ।
साधुरेव स मन्तव्यः सम्यग्व्यवसितो हि सः ॥ ३० ॥
क्षिप्रं भवति धर्मात्मा शश्वच्छान्तिं निगच्छति ।
कौन्तेय प्रतिजानीहि न मे भक्तः प्रणश्यति ॥ ३१ ॥

vescor a pie animato. Quodcunque agis, quodcunque vesce- 27.
ris, quodcunque sacrificas, quodcunque largiris, quodcun-
que tui castigandi gratia capessis, Cuntidis nate, id mihi
tanquam proprium trade. Sic liberaberis a vinculis, quae 28.
fausto vel infausto operum fructu nectuntur. Devote animatus
abdicationis devotione, emancipatus, me adibis. Aequabilis 29.
ego erga omnia animantia: nemo mihi est vel invisus vel
carus; at me qui colunt religiose, ii insunt mihi, et ego iis
insum. Si vel admodum facinorosus me colit cultu non 30.
aliorsum distracto, is probus est aestimandus, is utique recte
compositus. Brevi evadit pius, et ad perpetuam tranquilli- 31.
tatem pervenit. Confide, Cuntidis nate! Haud quisquam mei

मां हि पार्थ व्यपाश्रित्य येऽपि स्युः पापयोनयः ।
स्त्रियो वैश्यास्तथा शूद्रास्तेऽपि यान्ति परां गतिं ॥ ३२ ॥
किं पुनर्ब्राह्मणाः पुण्या भक्ता राजर्षयस्तथा ।
अनित्यमसुखं लोकमिमं प्राप्य भजस्व मां ॥ ३३ ॥
मन्मना भव मद्भक्तो मद्याजी मां नमस्कुरु ।
मामेवैष्यसि युक्त्वैवमात्मानं मत्परायणः ॥ ३४ ॥

इति श्रीभगवद्गीता° राजविद्याराजगुह्ययोगो नाम नवमो ऽध्यायः ॥ ९ ॥

32. cultor pessumdatur. Quicunque ad me confugiunt, o Prithae fili, etiamsi in peccati utero sint concepti, tum mulieres, coloni, nec non servi: hi quoque supremam viam ingrediuntur;
33. quanto magis igitur Brachmanae sancti, ac pii reges sapientes! In hunc caducum infaustumque mundum ablegatus, me
34. cole, in me intentus esto, mei venerator, mihi lita, me adora; sic te ipsum quum devoveris, me adibis, mei studiosus.

LECTIO X.

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

भूय एव महाबाहो शृणु मे परमं वचः ।
यत् तेऽहं प्रीयमाणाय वक्ष्यामि हितकाम्यया ॥ १ ॥
न मे विदुः सुरगणाः प्रभवं न महर्षयः ।
अहमादिर्हि देवानां महर्षीणां च सर्वशः ॥ २ ॥
यो मामजमनादिं च वेत्ति लोकमहेश्वरं ।
असंमूढः स मर्त्येषु सर्वपापैः प्रमुच्यते ॥ ३ ॥
बुद्धिर्ज्ञानमसंमोहः क्षमा सत्यं दमः शमः ।
सुखं दुःखं भवोऽभावो भयं चाभयमेव च ॥ ४ ॥

Almum Numen *loquitur:*

Amplius etiam, o heros, ausculta sermonem meum 1.
gravissimum, quem tibi amanti effabor salutis tuae studio.
Nec Divorum catervae meam norunt originem, nec magni 2.
Sapientes: quippe ego sum principium Divorum, magnorumque Sapientum omnino. Qui me innatum principioque ca- 3.
rentem novit, maximum mundi dominum, is, errore haud
delusus inter mortales, cunctis peccatis absolvitur. Mens, 4.
scientia, erroris repudiatio, patientia, veritas, temperantia,
tranquillitas, voluptas, dolor, ortus, interitus, timor ac

अहिंसा समता तुष्टिस्तपो दानं यशोऽयशः ।
भवन्ति भावा भूतानां मत्त एव पृथग्विधाः ॥ ५ ॥
महर्षयः सप्त पूर्वे चत्वारो मनवस्तथा ।
मद्भावा मानसा जाता येषां लोक इमाः प्रजाः ॥ ६ ॥
एतां विभूतिं योगं च मम यो वेत्ति तत्त्वतः ।
सोऽविकम्पेन योगेन युज्यते नात्र संशयः ॥ ७ ॥
अहं सर्वस्य प्रभवो मत्तः सर्वं प्रवर्तते ।
इति मत्वा भजन्ते मां बुधा भावसमन्विताः ॥ ८ ॥
मच्चित्ता मद्गतप्राणा बोधयन्तः परस्परं ।
कथयन्तश्च मां नित्यं तुष्यन्ति च रमन्ति च ॥ ९ ॥
तेषां सततयुक्तानां भजतां प्रीतिपूर्वकं ।
ददामि बुद्धियोगं तं येन मामुपयान्ति ते ॥ १० ॥

5. securitas etiam, mansuetudo, aequabilitas, hilaritas, castimonia, largitudo, nobilitas ac ignobilitas, hae sunt proprietates
6. animantium singulatim ex me derivatae. Septem Sapientes, tum quatuor prisci *Progenitores*, nec non Manues *sibi invicem succedentes*, meae auctoritatis consortes, mero animi motu a me sunt geniti: unde propagatum in orbe terrarum
7. genus humanum. Qui hanc meam maiestatem ac facultatem mysticam novit penitus, is inconcussa devotione imbuitur
8. sine ullo dubio. Ego Universi fons, ex me Universum procedit; sic arbitrati, me colunt sapientes contemplandi facul-
9. tate praediti. Me meditantes, me quasi spirantes, admonentes sese invicem, enarrantesque me semper, delectantur

तेषामेवानुकम्पार्थमहमज्ञानजं तमः ।
नाशयाम्यात्मभावस्थो ज्ञानदीपेन भास्वता ॥ ११ ॥
॥ अर्जुन उवाच ॥
परं ब्रह्म परं धाम पवित्रं परमं भवान् ।
पुरुषं शाश्वतं दिव्यमादिदेवमजं विभुं ॥ १२ ॥
आहुस्त्वामृषयः सर्वे देवर्षिर्नारदस्तथा ।
असितो देवलो व्यासः स्वयं चैव ब्रवीषि मे ॥ १३ ॥
सर्वमेतदृतं मन्ये यन्मां वदसि केशव ।
न हि ते भगवन् व्यक्तिं विदुर्देवा न दानवाः ॥ १४ ॥
स्वयमेवात्मनात्मानं वेत्थ त्वं पुरुषोत्तम ।
भूतभावन भूतेश देवदेव जगत्पते ॥ १५ ॥

atque exhilarantur. Hisce constanter devotis, colentibus me 10.
ex amoris officio, largior eam mentis devotionem, cuius ope
me isti adeunt. Benignitate erga hos motus ego tenebras ex 11.
ignorantia ortas dispello, in mea ipsius conditione permanens, lucida scientiae lampade.

Arjunas *loquitur:*

Tu es summum numen, summa mansio, lustramen prae- 12.
stantissimum. Te Genium aeternum, coelestem, Divis priorem, innatum, cuncta permeantem, declarant omnes Sapien- 13.
tes, tum Sapiens coelicola Nâradas, tum Asitas, Dêvalas,
Vyâsas; et tute ipse mihi effaris idem. Omne hoc verum 14.
existimo, quod tu mihi dicis, Pulcricome. Visibilis praesentiae tuae rationem, Alme, utique nec Divi norunt, nec
Titanes; tute ipse tui tibi conscius te ipsum nosti, virorum 15.

वक्तुमर्हस्यशेषेण दिव्या ह्यात्मविभूतयः ।
याभिर्विभूतिभिर्लोकानिमांस्त्वं व्याप्य तिष्ठसि ॥ १६ ॥
कथं विद्यामहं योगिंस्त्वां सदा परिचिन्तयन् ।
केषु केषु च भावेषु चिन्त्योऽसि भगवन् मया ॥ १७ ॥
विस्तरेणात्मनो योगं विभूतिं च जनार्दन ।
भूयः कथय तृप्तिर्हि शृण्वतो नास्ति मेऽमृतं ॥ १८ ॥

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

हन्त ते कथयिष्यामि दिव्या ह्यात्मविभूतयः ।
प्राधान्यतः कुरुश्रेष्ठ नास्त्यन्तो विस्तरस्य मे ॥ १९ ॥
अहमात्मा गुडाकेश सर्वभूताशयस्थितः ।
अहमादिश्च मध्यं च भूतानामन्त एव च ॥ २० ॥

praestantissime, animantium altor et rector, Divorum Dive,
16. mundi domine! Te decet plene effari mirabiles, quae tibi insunt, virtutes, quibus virtutibus hosce mundos permeans
17. consistis. Quomodo cognoscam ego te, mystice, vel indesinenter meditando? quibusnam tandem existendi modis conci-
18. piendus es a me, sanctissime? Copiose essentiam tuam mysticam ac maiestatem, o mortalium votis expetite! porro etiam enarra: nulla me capit satietas, nectar quasi aure bibentem.

Almum Numen *loquitur:*

19. Ehem! enarrabo tibi ergo mirabiles, quae mihi insunt, virtutes, praecipua quaeque delibando, Curuidarum optime:
20. nullus enim est finis amplitudinis meae. Ego sum spiritus, o Arjuna, omnium animantium cordi insidens; ego et prin-
21. cipium, et medius animantium status, itidemque finis. Inter

आदित्यानामहं विष्णुर्ज्योतिषां रविरंशुमान् ।
मरीचिर्मरुतामस्मि नक्षत्राणामहं शशी ॥ २१ ॥
वेदानां सामवेदोऽस्मि देवानामस्मि वासवः ।
इन्द्रियाणां मनश्चास्मि भूतानामस्मि चेतना ॥ २२ ॥
रुद्राणां शङ्करश्चास्मि वित्तेशो यक्षरक्षसां ।
वसूनां पावकश्चास्मि मेरुः शिखरिणामहं ॥ २३ ॥
पुरोधसां च मुख्यं मां विद्धि पार्थ वृहस्पतिं ।
सेनानीनामहं स्कन्दः सरसामस्मि सागरः ॥ २४ ॥
महर्षीणां भृगुरहं गिरामस्म्येकमक्षरं ।
यज्ञानां जपयज्ञोऽस्मि स्थावराणां हिमालयः ॥ २५ ॥
अश्वत्थः सर्ववृक्षाणां देवर्षीणां च नारदः ।
गन्धर्वाणां चित्ररथः सिद्धानां कपिलो मुनिः ॥ २६ ॥

Aditiadas ego sum Vishnus, inter sidera Sol radians; Marî-
chis sum inter Marutes, inter domos lunares ego Lunus. In- 22.
ter volumina sacra sum hymnorum volumen, inter Divos sum
Indras; inter sensus sum animus; animantium sum intellectus.
Inter Rudros sum Sivas, *Cuveras* divitiarum dominus inter 23.
Genios atque Gigantes; inter Vasues sum Ignis, Mêrus inter
montium cacumina ego; et inter sacrorum antistites princi- 24.
pem me nosce, Prithae fili, Vrihaspatem. Inter exercituum
duces ego Scandas, inter stagna sum Oceanus. Inter magnos 25.
Sapientes Bhrigus ego, inter voces sum unicum monosylla-
bum; inter precationes sum tacita precatio, inter iuga mon-
tana Himâlayas; ficus religiosa inter cunctas arbores, et in- 26.

उच्चैःश्रवसमश्वानां विद्धि माममृतोद्भवं ।
ऐरावतं गजेन्द्राणां नराणां च नराधिपं ॥ २७ ॥
आयुधानामहं वज्रं धेनूनामस्मि कामधुक् ।
प्रजनश्चास्मि कन्दर्पः सर्पाणामस्मि वासुकिः ॥ २८ ॥
अनन्तश्चास्मि नागानां वरुणो यादसामहं ।
पितॄणामर्यमा चास्मि यमः संयमतामहं ॥ २९ ॥
प्रह्लादश्चास्मि दैत्यानां कालः कलयतामहं ।
मृगाणां च मृगेन्द्रोऽहं वैनतेयश्च पक्षिणां ॥ ३० ॥
पवनः पवतामस्मि रामः शस्त्रभृतामहं ।
झषाणां मकरश्चास्मि स्रोतसामस्मि जाह्नवी ॥ ३१ ॥
सर्गाणामादिरन्तश्च मध्यं चैवाहमर्जुन ।
अध्यात्मविद्या विद्यानां वादः प्रवदतामहं ॥ ३२ ॥

ter divinos Sapientes Nâradas; inter fidicines coelestes sum
27. Chitrarathas, inter Beatos Capilas anachoreta. Utchaissra-
vasem inter equos nosce me ex ambrosia genitum, Aira-
28. vatum inter elephantos, et inter homines regem. Inter tela
ego fulmen, inter iuvenceas sum Vacca Abundautiae, et Cu-
pido sum progeniei sator; inter serpentes sum Vasueis,
29. Anantasque sum inter hydras, Varunas inter aquatilia ego,
et inter progenitorum Manes Aryaman sum; inferorum index
30. inter coërcitores ego, Prahlâdasque sum inter Titanes; tem-
pus ego numeros modulantium, et inter feras leo ego sum,
31. Garudasque inter volucres. Aër inter lustramina sum, Ra-
mas inter armigeros ego; inter pisces sum Hippocampus;

अक्षराणामकारो ऽस्मि द्वन्द्वः सामासिकस्य च ।
अहमेवाक्षयः कालो धाताहं विश्वतोमुखः ॥ ३३ ॥
मृत्युः सर्वहरश्चाहमुद्भवश्च भविष्यतां ।
कीर्त्तिः श्रीर्वाक्च नारीणां स्मृतिर्मेधा धृतिः क्षमा ॥ ३४ ॥
बृहत्साम तथा साम्नां गायत्री छन्दसामहं ।
मासानां मार्गशीर्षो ऽहं ऋतूनां कुसुमाकरः ॥ ३५ ॥
द्यूतं छलयतामस्मि तेजस्तेजस्विनामहं ।
जयो ऽस्मि व्यवसायो ऽस्मि सत्वं सत्ववतामहं ॥ ३६ ॥
वृष्णीनां वासुदेवो ऽस्मि पाण्डवानां धनंजयः ।
मुनीनामप्यहं व्यासः कवीनामुशनाः कविः ॥ ३७ ॥

inter flumina sum Ganges. Naturarum initium finisque, me- 32.
diumque ego itidem, o Arjuna: summi spiritus cognitio inter
cognitiones, oratio oratorum ego sum. Inter elementa voca- 33.
lia sum littera *A*, atque copulatio inter verba composita.
Ego sum aevum inexhaustum, altor ego omnituens, et mors 34.
cuncta rapiens ego, et ortus futurorum. Fama, Fortuna at-
que Vox inter feminina, Memoria, Prudentia, Constantia,
Patientia; Magnus Hymnus perinde inter hymnos, initiatio- 35.
nis carmen inter rhythmos ego sum. Inter menses ego Dorca-
docephalio, inter anni tempora ver floridum. Alea sum frau- 36.
dulentorum, splendor ego splendidorum; victoria sum, perse-
verantia sum, vigor ego vigentium. In Vrishnidarum stirpe 37.
sum Vâsudêvas, inter Pânduidas *ipse Arjunas* opum contem-
tor; inter anachoretas porro sum Vyâsas, inter poëtas Usanases
poëta. Castigatio domantium sum, solertia sum concertantium, 38.

दण्डो दमयतामस्मि नीतिरस्मि जिगीषतां ।
मौनं चैवास्मि गुह्यानां ज्ञानं ज्ञानवतामहं ॥ ३८ ॥
यच्चापि सर्वभूतानां बीजं तदहमर्जुन ।
न तदस्ति विना यत् स्यान्मया भूतं चराचरं ॥ ३९ ॥
नान्तोऽस्ति मम दिव्यानां विभूतीनां परंतप ।
एष तूद्देशतः प्रोक्तो विभूतेर्विस्तरो मया ॥ ४० ॥
यद्यद्विभूतिमत् सत्त्वं श्रीमदूर्जितमेव वा ।
तत्तदेवावगच्छ त्वं मम तेजोंऽशसंभवं ॥ ४१ ॥
अथ वा बहुनैतेन किं ज्ञानेन तवार्जुन ।
विष्टभ्याहमिदं कृत्स्नमेकांशेन स्थितो जगत् ॥ ४२ ॥

इति श्रीभगवद्गीता॰ विभूतियोगो नाम दशमोऽध्यायः
॥ १० ॥

silentiumque utique sum arcanorum; doctrina doctorum ego.
39. Quodcunque tandem omnium animantium semen, id ego sum, o Arjuna: non exstat ullum, quod sine me sit, ens mobile vel
40. immobile. Nullus est finis divinarum mearum virtutum, o hostium vexator! haec autem maiestatis enarratio a me speciminis
41. vice prolata. Quaecunque mirabilis est substantia, fausta vel eximia, eam ipsam intellige tu e splendoris mei portione ortam.
42. At quid tibi tandem cum multiplici ista doctrina, o Arjuna? Stabilito ego hoc universo mundo aliqua mei portione, integer mansi.

LECTIO XI.

॥ अर्जुन उवाच ॥

मदनुग्रहाय परं गुह्यमध्यात्मसंज्ञितं ।
यत् त्वयोक्तं वचस्तेन मोहोऽयं विगतो मम ॥ १ ॥
भवाप्ययौ हि भूतानां श्रुतौ विस्तरशो मया ।
त्वत्तः कमलपत्राक्ष माहात्म्यमपि चाव्ययं ॥ २ ॥
एवमेतद्यथात्थ त्वमात्मानं परमेश्वर ।
द्रष्टुमिच्छामि ते रूपमैश्वरं पुरुषोत्तम ॥ ३ ॥

ARJUNAS *loquitur:*

Qui meae salutis gratia de egregio arcano illo, quod 1.
intimi spiritus nomine fertur, a te prolatus est sermo, eius ope
error iste meus fuit dissipatus. Origo nimirum et interitus ani- 2.
mantium auscultata sunt a me copiose ex te, Lotophyllops, nec
non magnanimitas tua sempiterna. Qualem tu te ipsum de- 3
clarasti, summe domine, sic cernere cupio istam formam au-

मन्यसे यदि तच्छक्यं मया द्रष्टुमिति प्रभो ।
योगेश्वर ततो मे त्वं दर्शयात्मानमव्ययं ॥ ४ ॥

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

पश्य मे पार्थ रूपाणि शतशोऽथ सहस्रशः ।
नानाविधानि दिव्यानि नानावर्णाकृतीनि च ॥ ५ ॥
पश्यादित्यान् वसून् रुद्रानश्विनौ मरुतस्तथा ।
बहून्यदृष्टपूर्वाणि पश्याश्चर्याणि भारत ॥ ६ ॥
इहैकस्थं जगत् कृत्स्नं पश्याद्य सचराचरं ।
मम देहे गुडाकेश यच्चान्यद्द्रष्टुमिच्छसि ॥ ७ ॥
न तु मां शक्यसे द्रष्टुमनेनैव स्वचक्षुषा ।
दिव्यं ददामि ते चक्षुः पश्य मे योगमैश्वरं ॥ ८ ॥

4. gustam, virorum optime. Quod si tu censes fieri posse, ut ea a me cernatur, potentissime, devotionis praeses, tunc mihi te ipsum conspiciendum exhibe sempiternum.

Almum Numen *loquitur:*

5. Ecce, Prithae fili, formas meas centies, imo millies
6. multiplicatas, varias, aetherias, diversas colore ac specie. Adspice Aditiadas, Vasues, Rudros, Asvines gemellos, pariterque Marutes: multa nunquam antea visa adspice miracula, o
7. Bhârata! Heic in unitate comprehensum mundum universum adspice hodie cum rebus mobilibus immobilibusque in corpore meo, o Arjuna, et quodcunque aliud cernere cupis.
8. Attamen haud me potes cernere illis ipsis tuis oculis: coelestem do tibi oculum; adspice mysterium meum augustum.

॥ संजय उवाच ॥

एवमुक्त्वा ततो राजन् महायोगेश्वरो हरिः ।
दर्शयामास पार्थाय परमं रूपमैश्वरं ॥ ९ ॥
अनेकवक्त्रनयनमनेकाद्भुतदर्शनं ।
अनेकदिव्याभरणं दिव्यानेकोद्यतायुधं ॥ १० ॥
दिव्यमाल्याम्बरधरं दिव्यगन्धानुलेपनं ।
सर्वाश्चर्यमयं दीप्तमनन्तं विश्वतोमुखं ॥ ११ ॥
दिवि सूर्यसहस्रस्य भवेद्युगपदुत्थिता ।
यदि भाः सदृशी सा स्याद्भासस्तस्य महात्मनः ॥ १२ ॥
तत्रैकस्थं जगत् कृत्स्नं प्रविभक्तमनेकधा ।
अपश्यद्देवदेवस्य शरीरे पाण्डवस्तदा ॥ १३ ॥
ततः स विस्मयाविष्टो हृष्टरोमा धनंजयः ।
प्रणम्य शिरसा देवं कृताञ्जलिरभाषत ॥ १४ ॥

Sanjayas *loquitur:*

Sic locutus, deinde, o rex, magnus devotionis praeses 9.
Haris conspiciendam exhibuit Prithae filio praestantissimam
formam augustam, plurima ora ac lumina gerentem, plurimis 10.
miraculis conspicuam, plurimis coelestibus ornamentis onu-
stam, plurima coelestia tela vibrantem, coelestibus coronis 11.
vestibusque indutam, coelestibus odoribus perfusam: omni-
modo mirabilem, lucentem, infinitam, quoque versus spe-
ctantem. Per coelum a millenis solibus si exsisteret subito 12.
exorta lux, ea similis foret fulgori huius magnanimi. Ibi in 13.

॥ अर्जुन उवाच ॥

पश्यामि देवांस्तव देव देहे
सर्वांस्तथा भूतविशेषसंघान् ।
ब्रह्माणमीशं कमलासनस्थं
ऋषींश्च सर्वानुरगांश्च दिव्यान् ॥ १५ ॥
अनेकबाहूदरवक्त्रनेत्रं
पश्यामि त्वां सर्वतोऽनन्तरूपं ।
नान्तं न मध्यं न पुनस्तवादिं
पश्यामि विश्वेश्वर विश्वरूप ॥ १६ ॥
किरीटिनं गदिनं चक्रिणं च
तेजोराशिं सर्वतो दीप्तिमन्तं ।

unitate comprehensum mundum universum, multifariam dis-
tributum, tunc intuebatur in Dei deorum corpore Pânduides.
14. Deinde is obstupefactus, arrectis pilis, opum contemtor in-
clinato capite Deum, palmas suppliciter tendens, affatus est:

ARJUNAS *loquitur:*

15. Conspicio Deos, o Dive, in tuo corpore cunctos, pari-
terque animantium omnigenorum catervas; BRACHMANEM do-
minum in loti calyce sedentem, Sapientesque cunctos, ac
16. Serpentes coelestes. Plurima brachia, latera, ora, lumina
gerentem intueor te, undique specie infinitum. Nec finem
nec medium, nec vero etiam initium tui cerno, universi do-
17. mine, omniformis! Tiaratum, clavigerum, discophorumque,
splendoris cumulum, undique fulgidum cerno te, adspectu

पश्यामि त्वां दुर्निरीक्ष्यं समन्ताद्
दीप्तानलार्कद्युतिमप्रमेयं ॥ १७ ॥
त्वमक्षरं परमं वेदितव्यं
त्वमस्य विश्वस्य परं निधानं ।
त्वमव्ययः शाश्वतधर्मगोप्ता
सनातनस्त्वं पुरुषो मतो मे ॥ १८ ॥
अनादिमध्यान्तमनन्तवीर्यम्
अनन्तबाहुं शशिसूर्यनेत्रं ।
पश्यामि त्वां दीप्तहुताशवक्त्रं
स्वतेजसा विश्वमिदं तपन्तं ॥ १९ ॥
द्यावापृथिव्योरिदमन्तरं हि
व्याप्तं त्वयैकेन दिशश्च सर्वाः ।
दृष्ट्वाद्भुतं रूपमुग्रं तवेदं
लोकत्रयं प्रव्यथितं महात्मन् ॥ २० ॥

arduum, omni ex parte ad instar accensi ignis vel solis radiantem, immensum. Tu es simplex illud ac individuum, 18.
summum scibile, tu huius mundi eximius thesaurus; tu perpetuus perennium legum sospitator, primigenius tu Genius
a me agnosceris. Initio, medio ac fine carentem, infinito 19.
robore praeditum, infinitis brachiis instructum, lunam solemque oculis referentem, cerno te, ore flammantem, splendore
tuo Universum hoc foventem. Inter polum telluremque hocce 20.
spatium plane completur a te solo, nec non plagae coelestes

अमी हि त्वां सुरसंघा विशन्ति
केचिद्भीताः प्राञ्जलयो गृणन्ति ।
स्वस्तीत्युक्त्वा महर्षिसिद्धसंघाः
स्तुवन्ति त्वां स्तुतिभिः पुष्कलाभिः ॥ २१ ॥
रुद्रादित्या वसवो ये च साध्या
विश्वेऽश्विनौ मरुतश्चोष्मपाश्च ।
गन्धर्वयक्षासुरसिद्धसंघा
वीक्षन्ते त्वां विस्मिताश्चैव सर्वे ॥ २२ ॥
रूपं महत् ते बहुवक्त्रनेत्रं
महाबाहो बहुबाहूरुपादं ।
बहूदरं बहुदंष्ट्राकरालं
दृष्ट्वा लोकाः प्रव्यथितास्तथाहं ॥ २३ ॥

cunctae. Visa stupenda hac tua forma terrifica mundus ter-
21. geminus est consternatus, magnanime: En, istae Divûm ca-
tervae te adeunt; nonnulli pavide palmas suppliciter tenden-
tes mussant. »Ave!« dicentes magnorum Sapientum ac Beato-
rum catervae celebrant te hymnis perpuleris. Rudri, Aditia-
dae, Vasues, Sâdhyi, Visvi, Asvines gemelli, Marutesque, pa-
22. trumque Manes, Fidicinum coelestium, Geniorum, Titanum ac
Beatorum catervae, te suspiciunt, et stupefacti plane sunt cun-
23. cti. Formam tuam ingentem, multa ora ac lumina gerentem,
fortissime, multa brachia, crura, pedes moventem, multa
latera, multos dentes exsertos ostentantem, *formam istam,
inquam*, intuentes mundi consternantur, ac perinde ego.

नभःस्पृशं दीप्तमनेकवर्णं
व्यात्ताननं दीप्तविशालनेत्रं ।
दृष्ट्वा हि त्वां प्रव्यथितान्तरात्मा
धृतिं न विन्दामि शमं च विष्णो ॥ २४ ॥
दंष्ट्राकरालानि च ते मुखानि
दृष्ट्वैव कालानलसंनिभानि ।
दिशो न जाने न लभे च शर्म
प्रसीद देवेश जगन्निवास ॥ २५ ॥
अमी च त्वां धृतराष्ट्रस्य पुत्राः
सर्वे सहैवावनिपालसंघैः ।
भीष्मो द्रोणः सूतपुत्रस्तथासौ
सहास्मदीयैरपि योधमुख्यैः ॥ २६ ॥
वक्त्राणि ते त्वरमाणा विशन्ति
दंष्ट्राकरालानि भयानकानि ।

Coelum vertice ferientem, fulgidum, multicolorem, ore hiante, 24.
flammeis grandibus oculis, te quum intueor, percellitur animus mihi intimus, nec firmitatem recupero, nec tranquillitatem, o Vishnus. Dentibus exsertis minantia ora tua con- 25.
spicatus, conflagrationis rerum postremae similia, plagas coelestes non distinguo, nec laetitiam capio. Fave mihi, Deûm domine, mundi columen! At isti, te versus, Dhritarâshtrae 26.
nati cuncti, simul cum terrarum orbis regum catervis, Bhîshmas, Drônas, nec non iste Solis filius, simul cum nostris

केचिद्विलग्ना दशनान्तरेषु
  संदृश्यन्ते चूर्णितैरुत्तमाङ्गैः ॥ २७ ॥
यथा नादीनां बहवोऽम्बुवेगाः
  समुद्रमेवाभिमुखा द्रवन्ति ।
तथा तवामी नरलोकवीरा
  विशन्ति वक्त्राण्यभिविज्वलन्ति ॥ २८ ॥
यथा प्रदीप्तं ज्वलनं पतङ्गा
  विशन्ति नाशाय समृद्धवेगाः ।
तथैव नाशाय विशन्ति लोकास्
  तवापि वक्त्राणि समृद्धवेगाः ॥ २९ ॥
लेलिह्यसे ग्रसमानः समन्तात्
  लोकान् समग्रान् वदनैर्ज्वलद्भिः ।
तेजोभिरापूर्य जगत् समग्रं
  भासस्तवोग्राः प्रतपन्ति विष्णो ॥ ३० ॥

27. quoque proceribus, festinantes in ora tua incurrunt, dentibus exsertis formidolosa. Nonnulli inhaerescentes dentium
28. interstitiis cernuntur contritis capitibus. Sicuti amnium multiplices torrentes versus Oceanum cursu directo ruunt, similiter isti generis humani heroës incurrunt in ora tua flamman-
29. tia. Sicuti in accensam flammam muscae involant, ad necem impetu abreptae, similiter plane ad necem incurrunt morta-
30. les in tua quoque ora, impetu abrepti. Devorans undique mortales integros, identidem lambis *dapes cruentas* faucibus

आख्याहि मे को भवानुग्ररूपो
नमोऽस्तु ते देववर प्रसीद ।
विज्ञातुमिच्छामि भवन्तमाद्यं
न हि प्रजानामि तव प्रवृत्तिं ॥ ३१ ॥
॥ श्रीभगवानुवाच ॥
कालोऽस्मि लोकक्षयकृत् प्रवृद्धो
लोकान् समाहर्तुमिह प्रवृत्तः ।
ऋतेऽपि त्वां न भविष्यन्ति सर्वे
येऽवस्थिताः प्रत्यनीकेषु योधाः ॥ ३२ ॥
तस्मात् त्वमुत्तिष्ठ यशो लभस्व
जित्वा शत्रून् भुंक्ष्व राज्यं समृद्धं ।
मयैवैते निहताः पूर्वमेव
निमित्तमात्रं भव सव्यसाचिन् ॥ ३३ ॥

inflammatis. Fulgoribus implentes mundum integrum radii tui acres effervescunt, o Vishnus! Enarra mihi, quaeso, quis- 31.
nam tu sis horrifica forma praeditus. Salvere te iubeo, Deorum maxime! Fave mihi! Dignoscere cupio te primigenium: haud praesagio equidem, quidnam pares.

ALMUM NUMEN *loquitur:*

DIES sum mundi eversor, adultus, mortales exstinctum 32.
huc profectus. Te solo excepto non superstites erunt, quotquot constiterunt in adversis exercitibus bellatores. Quare 33.
tu age exsurge! carpe gloriam! Devictis hostibus, fruere im-

द्रोणं च भीष्मं च जयद्रथं च
कर्णं तथान्यानपि योधवीरान् ।
मया हतांस्त्वं जहि मा व्यथिष्ठा
युध्यस्व जेतासि रणे सपत्नान् ॥ ३४ ॥
॥ संजय उवाच ॥
एतच्छ्रुत्वा वचनं केशवस्य
कृताञ्जलिर्वेपमानः किरीटी ।
नमस्कृत्वा भूय एवाह कृष्णं
सगद्गदं भीतभीतः प्रणम्य ॥ ३५ ॥
॥ अर्जुन उवाच ॥
स्थाने हृषीकेश तव प्रकीर्त्या
जगत् प्रहृष्यत्यनुरज्यते च ।

perio amplissimo! A me scilicet isti percussi iam olim: nil
34. nisi instrumentum esto tu, Ambidexter! Drônamque, Bhishmamque, Jayadrathamque, Carnam, nec non ceteros quoque bellando fortes a me percussos tu feri! Noli perturbari! Pugna! Vinces proelio rivales.

Sanjayas *loquitur:*

35. Audito hoc sermone Pulricomi, palmas suppliciter tendens, tremens, Arjunas tiara insignis denuo adoratum affatus est Crishnam cum leni murmure, pavore attonitus, corpore inclinato:

Arjunas *loquitur:*

36. Iure, o sensuum domitor, honore tuo mundus gaudet

रक्षांसि भीतानि दिशो द्रवन्ति
सर्वे नमस्यन्ति च सिद्धसंघाः ॥ ३६ ॥
कस्माच्च ते न नमेरन् महात्मन्
गरीयसे ब्रह्मणोऽप्यादिकर्त्रे ।
अनन्त देवेश जगन्निवास
त्वमक्षरं सदसत्तत्परं यत् ॥ ३७ ॥
त्वमादिदेवः पुरुषः पुराणस्
त्वमस्य विश्वस्य परं निधानं ।
वेत्तासि वेद्यं च परं च धाम
त्वया ततं विश्वमनन्तरूप ॥ ३८ ॥
वायुर्यमोऽग्निर्वरुणः शशाङ्कः
प्रजापतिस्त्वं प्रपितामहश्च ।

ac dicto audiens est. Gigantes territi in diversas coeli pla-
gas diffugiunt, omnesque te salutant Beatorum catervae. Et 37.
cur te haud adorarent, magnanime, potiorem Brachmane
ipso, primum rerum creatorem? O infinite! Deorum princeps!
mundi columen! Tu es simplex illud ac individuum, enti ac
non enti quod penitus subest. Tu es Divis aetate prior, Ge- 38.
nius antiquus; tu huius Universi eximius thesaurus. Tu es
omnisciens atque ipsum scibile, summumque domicilium. A te
expansum Universum, o infinitis formis praedite! Tu es Aër, 39.
Iamas, Ignis, Varunas, Lunus, animantium sator, proavus-
que. Salve, salveto millies! iterumque denuo salve, salveto!
Salvere a fronte, deinde a tergo te iubeo, et undecunque, 40.

नमो नमस्ते ऽस्तु सहस्रकृत्वः
पुनश्च भूयो ऽपि नमो नमस्ते ॥ ३९ ॥
नमः पुरस्तादथ पृष्ठतस्ते
नमो ऽस्तु ते सर्वत एव सर्व ।
अनन्तवीर्यामितविक्रमस्त्वं
सर्वं समाप्नोषि ततो ऽसि सर्वः ॥ ४० ॥
सखेति मत्वा प्रसभं यदुक्तं
हे कृष्ण हे यादव हे सखेति ।
अजानता महिमानं तवेमं
मया प्रमादात् प्रणयेन वापि ॥ ४१ ॥
यच्चावहासार्थमसत्कृतो ऽसि
विहारशय्यासनभोजनेषु ।
एको ऽथ वाप्यच्युत तत्समक्षं
तत् क्षामये त्वामहमप्रमेयं ॥ ४२ ॥

o Universe! Infinita vi, immensa potentia praeditus tu uni-
41. versum perficis, ideoque es universus. Quum sodalem te
arbitrarer, vehementer quodcunque dictum: »Heus, Crishna!
heus, Iadús proles! heus tu, amice!« a me ignorante maie-
42. statem tuam istam, temere vel prae studio etiam; et quacun-
quę in re iocandi gratia minus honorifice a me habitus es
in ambulando, decumbendo, considendo vel epulando, sive
secreto, innocue, sive hisce coram: eius equidem veniam
43. exoro a te immenso. Pater es tu huius mundi mobilis immo-

पितासि लोकस्य चराचरस्य
त्वमस्य पूज्यश्च गुरुर्गरीयान् ।
न त्वत्समोऽस्त्यभ्यधिकः कुतोऽन्यो
लोकत्रयेऽप्यप्रतिमप्रभाव ॥ ४३ ॥
तस्मात् प्रणम्य प्रणिधाय कायं
प्रसादये त्वामहमीशमीड्यं ।
पितेव पुत्रस्य सखेव सख्युः
प्रियः प्रियायार्हसि देव सोढुं ॥ ४४ ॥
अदृष्टपूर्वं हृषितोऽस्मि दृष्ट्वा
भयेन च प्रव्यथितं मनो मे ।
तदेव मे दर्शय देव रूपं
प्रसीद देवेश जगन्निवास ॥ ४५ ॥
किरीटिनं गदिनं चक्रहस्तम्
इच्छामि त्वां द्रष्टुमहं तथैव ।

bilisque, venerandusque, ipso magistro auctoritate gravior: haud tui par exstat, quomodo tandem superior alius quisquam vel in mundo tergemino, o unice praepollens? Ideo venerabundus,
44. prostrato corpore propitiare ego te studeo, dominum laudibus celebrandum. Ceu patrem filio, ceu amicum amico, ceu amantem amatae te decet mihi, Dive, indulgere. Nunquam
45. antea visum miraculum conspicatus, laetitia perfusus sum, simulque pavore percellitur animus meus. Istam mihi viscendam exhibe, Dive, formam! Fave mihi, Deorum domine,

तेनैव रूपेण चतुर्भुजेन
सहस्रवाहो भव विश्वमूर्ते ॥ ४६ ॥
॥ श्रीभगवानुवाच ॥
मया प्रसन्नेन तवार्जुनेदं
रूपं परं दर्शितमात्मयोगात् ।
तेजोमयं विश्वमनन्तमाद्यं
यन्मे त्वदन्येन न दृष्टपूर्वं ॥ ४७ ॥
न वेदयज्ञाध्ययनैर्न दानैर्
न च क्रियाभिर्न तपोभिरुग्रैः ।
एवंरूपः शक्य अहं नृलोके
द्रष्टुं त्वदन्येन कुरुप्रवीर ॥ ४८ ॥
मा ते व्यथा मा च विमूढभावो
दृष्ट्वा रूपं घोरमीदृङ्ममेदं ।

46. mundi columen! Tiaratum, clavigerum, discophorum, cupio equidem te sicuti dudum cernere. Illam ipsam formam quadribrachiam assume, o mille brachiis praedite! omniformis!

Almum Numen *loquitur:*

47. A me propitio tibi, o Arjuna, forma haec praestantissima mea exhibita est, per virtutem mysticam, quae mihi inest; splendida, universalis, infinita, primigenia, quae praeter
48. te ab alio nemine antea fuerat conspecta. Non librorum sacrorum carminibus, sacrificiis, meditationibus, nec largitionibus, neque caeremoniis etiam, neque acerrimis castimoniis tali forma

व्यपेतभीः प्रीतमनाः पुनस्त्वं
तदेव मे रूपमिदं प्रपश्य ॥ ४९ ॥

॥ संजय उवाच ॥

इत्यर्जुनं वासुदेवस्तथोक्त्वा
स्वकं रूपं दर्शयामास भूयः ।
आश्वासयामास च भीतमेनं
भूत्वा पुनः सौम्यवपुर्महात्मा ॥ ५० ॥

॥ अर्जुन उवाच ॥

दृष्ट्वेदं मानुषं रूपं तव सौम्यं जनार्दन ।
इदानीमस्मि संवृत्तः सचेताः प्रकृतिं गतः ॥ ५१ ॥

potis ego sum in orbe terrarum adspici ab ullo alio praeter te,
heroïca Curûs proles. Ne tibi sit angor, nec perturbatio, visa 49.
forma ista mea tam horrenda. Discusso terrore, laetus animi,
rursus tu hanc ipsam meam formam, *quam desideras,* intuere.

Sanjayas *loquitur:*

His verbis Vâsudêvas Arjunae annuens consuetam suam for- 50.
mam visendam exhibuit denuo, consolatusque est territum eum
conversus iterum in placidam speciem magnanimus ille.

Arjunas *loquitur:*

Conspecta hac humana tua forma placida, o mortalium 51.
votis expetite, iam tandem cogitationis meae compos sum
factus, in conditionem naturalem redux.

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

सुदुर्दर्शमिदं रूपं दृष्टवानसि यन्मम ।
देवा अप्यस्य रूपस्य नित्यं दर्शनकाङ्क्षिणः ॥ ५२ ॥
नाहं वेदैर्न तपसा न दानेन न चेज्यया ।
शक्य एवंविधो द्रष्टुं दृष्टवानसि मां यथा ॥ ५३ ॥
भक्त्या त्वनन्यया शक्य अहमेवंविधोऽर्जुन ।
ज्ञातुं द्रष्टुं च तत्त्वेन प्रवेष्टुं च परंतप ॥ ५४ ॥
मत्कर्मकृन्मत्परमो मद्भक्तः सङ्गवर्जितः ।
निर्वैरः सर्वभूतेषु यः स मामेति पाण्डव ॥ ५५ ॥

इति श्रीभगवद्गीता° विश्वरूपदर्शनं नाम एकादशोऽध्यायः
॥ ११ ॥

Almum Numen *loquitur:*

52. Valde arduam adspectu istam, quam tu conspicatus es,
formam, vel ipsi Divi eius formae visendae semper sunt cu-
53. pidi. Etenim ego non carminibus sacris, neque castimo-
nia, nec largitione, nec sacrificio potis sum tali specie cerni,
54. quali tu me conspicatus es. Cultu vero unice mihi oblato potis
sum ego tali specie, o Arjuna, cognosci et adspici penitus,
55. et adiri quoque, hostium vexator. Mihi grata opera qui per-
ficit, in me intentus, mei cultor, ambitione exemtus, expers ini-
micitiae erga cuncta animantia, is ad me pergit, o Pânduida.

LECTIO XII.

॥ अर्जुन उवाच ॥

एवं सततयुक्ता ये भक्तास्त्वां पर्युपासते ।
ये चाप्यक्षरमव्यक्तं तेषां के योगवित्तमाः ॥ १ ॥

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

मय्यावेश्य मनो ये मां नित्ययुक्ता उपासते ।
श्रद्धया परयोपेतास्ते मे युक्ततमा मताः ॥ २ ॥
ये त्वक्षरमनिर्देश्यमव्यक्तं पर्युपासते ।
सर्वत्रगमचिन्त्यं च कूटस्थमचलं ध्रुवं ॥ ३ ॥
संनियम्येन्द्रियग्रामं सर्वत्र समबुद्धयः ।
ते प्राप्नुवन्ति मामेव सर्वभूतहिते रताः ॥ ४ ॥

Arjunas *loquitur:*

Sic perpetuo devoti qui cultores te observant, quive 1.
rursus individuum ac insensilem: horum utri devotionis maxime sunt gnari?

Almum Numen *loquitur:*

Animo in me directo qui semper devoti me observant, 2.
fide egregia imbuti, hi a me devotissimi existimantur. Qui 3.
vero individuum, indemonstrabilem, insensilem observant,
omnia permeantem, incomprehensibilemque, in fastigio stantem, immotum, firmum, coërcita sensuum compage undique 4.
aequabiliter affecti: ii sane me nanciscuntur, omnium ani-

क्लेशोऽधिकतरस्तेषामव्यक्तासक्तचेतसां ।
अव्यक्ता हि गतिर्दुःखं देहवद्भिरवाप्यते ॥ ५ ॥
ये तु सर्वाणि कर्माणि मयि संन्यस्य मत्पराः ।
अनन्येनैव योगेन मां ध्यायन्त उपासते ॥ ६ ॥
तेषामहं समुद्धर्ता मृत्युसंसारसागरात् ।
भवामि नचिरात् पार्थ मय्यावेशितचेतसां ॥ ७ ॥
मय्येव मन आधत्स्व मयि बुद्धिं निवेशय ।
निवसिष्यसि मय्येव अत ऊर्द्ध्वं न संशयः ॥ ८ ॥
अथ चित्तं समाधातुं न शक्नोषि मयि स्थिरं ।
अभ्यासयोगेन ततो मामिच्छाप्तुं धनंजय ॥ ९ ॥
अभ्यासेऽप्यसमर्थोऽसि मत्कर्मपरमो भव ।
मदर्थमपि कर्माणि कुर्वन् सिद्धिमवाप्स्यसि ॥ १० ॥

5. mantium salute gaudentes. Labor horum operosior, qui co-
gitando ad insensile sese applicant; insensilis nimirum via
6. vix a corporalibus impetratur. Qui vero omnibus operibus
mecum depositis, in me intenti, nulli praeter me oblata de-
7. votione, me meditantes observant, his ego extricator e vicis-
situdinum mortalitatis oceano fio brevi tempore, Prithae fili,
8. mecum cogitatione sua versantibus. Mihi animum oppignera,
in me mentem colloca! Habitabis utique mecum, deinde
9. apud Superos sine dubio. Sin vero cogitationem non vales
in me componere immotam, assiduitatis devotione tunc me co-
10. nare adipisci, o contemtor opum. Si ne ad assiduitatem qui-
dem sufficiunt vires, mihi gratis operibus intentus esto: mei

अथैतदप्यशक्तोऽसि कर्तुं मद्योगमाश्रितः ।
सर्वकर्मफलत्यागं ततः कुरु यतात्मवान् ॥ ११ ॥
श्रेयो हि ज्ञानमभ्यासाज्ज्ञानाद्ध्यानं विशिष्यते ।
ध्यानात् कर्मफलत्यागस्त्यागाच्छान्तिरनन्तरं ॥ १२ ॥
अद्वेष्टा सर्वभूतानां मैत्रः करुण एव च ।
निर्ममो निरहंकारः समदुःखसुखः क्षमी ॥ १३ ॥
संतुष्टः सततं योगी यतात्मा दृढनिश्चयः ।
मय्यर्पितमनोबुद्धिर्यो मद्भक्तः स मे प्रियः ॥ १४ ॥
यस्मान्नोद्विजते लोको लोकान्नोद्विजते च यः ।
हर्षामर्षभयोद्वेगैर्मुक्तो यः स च मे प्रियः ॥ १५ ॥
अनपेक्षः शुचिर्दक्ष उदासीनो गतव्यथः ।
सर्वारम्भपरित्यागी यो मद्भक्तः स मे प्रियः ॥ १६ ॥

gratia vel opera perficiens consummationem adepturus es.
Quod si ne hoc quidem vales facere, ad mei devotionem 11.
conversus, ad renuntiandum omnibus operum praemiis accin-
gere, modeste animatus. Potior sane est scientia assiduitate; 12.
prae scientia contemplatio aestimatur; prae contemplatione
renuntiatio; a renuntiatione tranquillitas proxime distat. Odii 13.
immunis erga cuncta animantia, benignus, nec non miseri-
cors, non sui studio nec sui fiducia captus, idem in dolore
ac voluptate, patiens, contentus, perpetuo devotus, tempe- 14.
rans, propositi tenax, qui mihi animum mentemque tradit,
mei cultor: is mihi carus. A quo non turbatur genus hu- 15.
manum, et a genere humano qui neque ipse turbatur; exsulta-

यो न हृष्यति न द्वेष्टि न शोचति न काङ्क्षति ।
शुभाशुभपरित्यागी भक्तिमान् यः स मे प्रियः ॥ १७ ॥
समः शत्रौ च मित्रे च तथा मानापमानयोः ।
शीतोष्णसुखदुःखेषु समः सङ्गविवर्जितः ॥ १८ ॥
तुल्यनिन्दास्तुतिर्मौनी संतुष्टो येन केनचित् ।
अनिकेतः स्थिरमतिर्भक्तिमान् मे प्रियो नरः ॥ १९ ॥
ये तु धर्म्यामृतमिदं यथोक्तं पर्युपासते ।
श्रद्दधाना मत्परमा भक्तास्तेऽतीव मे प्रियाः ॥ २० ॥

इति श्रीभगवद्गीता° भक्तियोगो नाम द्वादशोऽध्यायः
॥ १२ ॥

tionis, invidiae, terroris turbis qui solutus est: is itidem mihi
16. carus. Nulla expectatione suspensus, purus, dexter, medius
inter contraria, nihil sollicitus, omnibus inceptis qui renun-
17. tiavit, mei cultor: is mihi carus. Qui neque exsultat, neque
aversatur, nec moeret, nec desiderat; fausti vel infausti exi-
18. tus incuriosus qui mei cultor: is mihi carus. Aequanimus
in hoste atque amico, tum in honore et contumelia, in fri-
gore et calore, in voluptate ac dolore aequanimus, ambi-
19. tione exemtus; par sibi in vituperatione ac laude, taciturnus,
contentus re qualibet, domo carens, firmus consilii, cultui
20. addictus homo mihi est carus. Qui vero sanctae huius am-
brosiae epulis assident, sicuti docui, fide imbuti, in me intenti
cultores, ii vehementer mihi sunt cari.

LECTIO XIII.

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

इदं शरीरं कौन्तेय क्षेत्रमित्यभिधीयते ।
एतद्यो वेत्ति तं प्राहुः क्षेत्रज्ञमिति तद्विदः ॥ १ ॥
क्षेत्रज्ञं चापि मां विद्धि सर्वक्षेत्रेषु भारत ।
क्षेत्रक्षेत्रज्ञयोर्ज्ञानं यत् तज्ज्ञानं मतं मम ॥ २ ॥
तत् क्षेत्रं यच्च यादृक् च यद्विकारि यतश्च यत् ।
स च यो यत्प्रभावश्च तत् समासेन मे शृणु ॥ ३ ॥

Almum Numen *loquitur:*

Hocce corpus, Cuntidis nate, Terreni nomine nuncu- 1.
patur. Istud qui novit, eum pronuntiarunt Terreni gnarum
veritatis periti. Me porro scias Terreni gnarum esse in om- 2.
nibus Terrenis, o Bhârata. Quae Terrenum ac Terreni
gnarum complectitur scientia, ea vera scientia a me aestima-
tur. Hocce Terrenum quidnam sit, et quale, quibusnam 3.
modis mutabile, et unde ipsum; et hicce *Terreni gnarus*

ऋषिभिर्बहुधा गीतं छन्दोभिर्विविधैः पृथक् ।
ब्रह्मसूत्रपदैश्चैव हेतुमद्भिर्विनिश्चितैः ॥ ४ ॥
महाभूतान्यहंकारो बुद्धिरव्यक्तमेव च ।
इन्द्रियाणि दशैकं च पञ्च चेन्द्रियगोचराः ॥ ५ ॥
इच्छा द्वेषः सुखं दुःखं संघातश्चेतना धृतिः ।
एतत् क्षेत्रं समासेन सविकारमुदाहृतं ॥ ६ ॥
अमानित्वमदम्भित्वमहिंसा क्षान्तिरार्जवं ।
आचार्योपासनं शौचं स्थैर्यमात्मविनिग्रहः ॥ ७ ॥
इन्द्रियार्थेषु वैराग्यमनहंकार एव च ।
जन्ममृत्युजराव्याधिदुःखदोषानुदर्शनं ॥ ८ ॥
असक्तिरनभिष्वङ्गः पुत्रदारगृहादिषु ।
नित्यं च समचित्तत्वमिष्टानिष्टोपपत्तिषु ॥ ९ ॥

4. quinam sit, qualiumque capax: id compendio ex me audi, a
Sapientibus multifariam decantatum rhythmis variis singula-
tim, in theologicis sententiis metrice concinnatis, circa prin-
5. cipia rerum versantibus, clare demonstratis. Quinque ele-
menta, sui conscientia, intellectus, ac invisibile porro, in-
strumentaque corporalia undecim, et quinae sensuum per-
6. ceptiones; cupido, aversatio, dolor, voluptas, multiplex con-
ditio, cogitatio, pertinacia: haec per Terrenum mutationibus
7. obnoxium compendio exprimuntur. Modestia, sinceritas, in-
nocentia, patientia, rectitudo, magistri verecundia, puritas,
8. constantia, sui coërcitio; abstinentia a rebus, quae sensibus
obversantur; secessio a sui studio; geniturae, mortis, senii,

मयि चानन्ययोगेन भक्तिरव्यभिचारिणी ।
विविक्तदेशसेवित्वमरतिर्जनसंसदि ॥ १० ॥
अध्यात्मज्ञाननित्यत्वं तत्त्वज्ञानार्थदर्शनं ।
एतज्ज्ञानमिति प्रोक्तमज्ञानं यदतोऽन्यथा ॥ ११ ॥
ज्ञेयं यत् तत् प्रवक्ष्यामि यज्ज्ञात्वामृतमश्नुते ।
अनादिमत् परं ब्रह्म न सत् तन्नासदुच्यते ॥ १२ ॥
सर्वतः पाणिपादं तत् सर्वतोऽक्षिशिरोमुखं ।
सर्वतः श्रुतिमल्लोके सर्वमावृत्य तिष्ठति ॥ १३ ॥
सर्वेन्द्रियगुणाभासं सर्वेन्द्रियविवर्जितं ।
असक्तं सर्वभृच्चैव निर्गुणं गुणभोक्तृ च ॥ १४ ॥

morbi, doloris, culpae respectus; immunitas ab ambitione 9
et ab affectu erga liberos, coniugem, domum ceteraque eius-
modi; continua animi aequabilitas in optatis vel minus op-
tatis eventibus; mihi deditus unica devotione cultus, fide- 10.
liter observatus; in secretis locis commoratio, fuga oblecta-
tionis in hominum coetu; perseverantia in cognitione eius, 11.
quod supra spiritum est; fructus e veri cognitione percipiendi
perspectio: haec declaratur scientia; inscitia, quae ab hac
diversa est. Quod cognoscendum, id effabor, quo cognito 12.
aliquis ambrosia vescitur. Sine initio summum Numen, ne-
que ens id, neque non ens dicitur: undique manibus pedi- 13.
busque instructum id, undique oculos, capita, ora habens;
undique auditu praeditum, in mundo consistit, cuncta com-
prehendens; omnium sensuum facultatibus collucens, ab om- 14.
nibus sensibus segregatum; affectu immune atque Universum

बहिरन्तश्च भूतानामचरं चरमेव च ।
सूक्ष्मत्वात् तदविज्ञेयं दूरस्थं चान्तिके च तत् ॥ १५ ॥
अविभक्तं च भूतेषु विभक्तमिव च स्थितं ।
भूतभर्तृ च तज्ज्ञेयं ग्रसिष्णु प्रभविष्णु च ॥ १६ ॥
ज्योतिषामपि तज्ज्योतिस्तमसः परमुच्यते ।
ज्ञानं ज्ञेयं ज्ञानगम्यं हृदि सर्वस्य धिष्ठितं ॥ १७ ॥
इति क्षेत्रं तथा ज्ञानं ज्ञेयं चोक्तं समासतः ।
मद्भक्त एतद्विज्ञाय मद्भावायोपपद्यते ॥ १८ ॥
प्रकृतिं पुरुषं चैव विद्ध्यनादी उभावपि ।
विकारांश्च गुणांश्चैव विद्धि प्रकृतिसंभवान् ॥ १९ ॥
कार्यकारणकर्तृत्वे हेतुः प्रकृतिरुच्यते ।
पुरुषः सुखदुःखानां भोक्तृत्वे हेतुरुच्यते ॥ २० ॥

sustentans, a qualitatibus exemtum et qualitatibus fruens;
15. *utrumque*, extrinsecus et intus in animantibus; immobile ac
simul mobile. Propter subtilitatem id discerni nequit, tum
16. e longinquo positum, tum quasi coram; haud distributum
animantibus, et quasi distributum tamen insidens; animantiumque sustentaculum id cognoscendum, edax et rursus genitale.
17. Luminum quoque *coelestium* id lumen a tenebris remotum
praedicatur, ipsa scientia, cognoscendum ac impetrandum
18. scientiae ope, cordi cuiusque infixum. Sic Terrenum, ac
similiter scientia et cognoscendum declarata sunt compendio. Mei cultor, istud dignoscens, ad meam conditionem
19. evehitur. Naturam itidemque Genium scias initio carere ambos

पुरुषः प्रकृतिस्थो हि भुंक्ते प्रकृतिजान् गुणान् ।
कारणं गुणसङ्गोऽस्य सदसद्योनिजन्मसु ॥ २१ ॥
उपद्रष्टानुमन्ता च भर्ता भोक्ता महेश्वरः ।
परमात्मेति चाप्युक्तो देहेऽस्मिन् पुरुषः परः ॥ २२ ॥
य एवं वेत्ति पुरुषं प्रकृतिं च गुणैः सह ।
सर्वथा वर्तमानोऽपि न स भूयोऽभिजायते ॥ २३ ॥
ध्यानेनात्मनि पश्यन्ति केचिदात्मानमात्मना ।
अन्ये सांख्येन योगेन कर्मयोगेन चापरे ॥ २४ ॥
अन्ये त्वेवमजानन्तः श्रुत्वान्येभ्य उपासते ।
तेऽपि चातितरन्त्येव मृत्युं श्रुतिपरायणाः ॥ २५ ॥

pariter, mutationesque qualitatesque scias e natura ortas. In 20.
actione ministerii corporalis principium declaratur natura;
Genius in doloris ac voluptatis perceptione principium de-
claratur. Genius naturae infusus nimirum particeps fit na- 21.
turalium qualitatum: propensio erga qualitates caussa est ge-
nerationum eius e bono vel malo utero. Spectator monitor- 22.
que, sustentator, perceptor, magnus dominus, summus spi-
ritus quoque dicitur in hoc corpore Genius ille eximius.
Qui sic novit Genium naturamque simul cum qualitatibus, is, 23.
quocunque tandem modo versetur, non amplius regeneratur
Contemplatione in semet ipsis perspiciunt nonnulli spiritum 24.
sua ipsius ope, alii rationali destinatione, operumque desti-
natione rursus alii; alii vero talem ignorantes, quum ex aliis 25.
audivere, eum observant. Illi quoque exsuperant mortalitatem,
doctrinae sacrae auscultandae studiosi. Quotiescunque gigni- 26.

यावत् संजायते किंचित् सत्त्वं स्थावरजङ्गमं ।
क्षेत्रक्षेत्रज्ञसंयोगात् तद्विद्धि भरतर्षभ ॥ २६ ॥
समं सर्वेषु भूतेषु तिष्ठन्तं परमेश्वरं ।
विनश्यत्स्वविनश्यन्तं यः पश्यति स पश्यति ॥ २७ ॥
समं पश्यन् हि सर्वत्र समवस्थितमीश्वरं ।
न हिनस्त्यात्मनात्मानं ततो याति परां गतिं ॥ २८ ॥
प्रकृत्यैव तु कर्माणि क्रियमाणानि सर्वशः ।
यः पश्यति तथात्मानमकर्तारं स पश्यति ॥ २९ ॥
यदा भूतपृथग्भावमेकस्थमनुपश्यति ।
तत एव च विस्तारं ब्रह्म संपद्यते तदा ॥ ३० ॥
अनादित्वान्निर्गुणत्वात् परमात्मायमव्ययः ।
शरीरस्थोऽपि कौन्तेय न करोति न लिप्यते ॥ ३१ ॥

tur quaelibet substantia, stabilis mobilisve, Terreni et eius
qui terreni gnarus est, coniunctione id *fieri* scias, Bharati-
27. darum princeps. Eundem in omnibus animantibus consisten-
tem summum dominum, istis pereuntibus haud pereuntem
28. qui cernit, is vere cernit. Eundem vero cernens ubique
praesentem dominum, non violat semet ipsum sua ipsius culpa;
29. exinde pergit ad summum iter. Naturae autem vi opera per-
agi omnimodo qui cernit, ac proinde se ipsum eorum non
30. esse actorem, is vere cernit. Quando animantium privam
essentiam in unitate comprehensam respicit, et inde quidem
31. explicatam, tunc numen impetrat. Quia initio caret, et qua-
litatum expers est summus spiritus ille incorruptibilis, vel in

यथा सर्वगतं सौक्ष्म्यादाकाशं नोपलिप्यते ।
सर्वत्रावस्थितो देहे तथात्मा नोपलिप्यते ॥ ३२ ॥
यथा प्रकाशयत्येकः कृत्स्नं लोकमिमं रविः ।
क्षेत्रं क्षेत्री तथा कृत्स्नं प्रकाशयति भारत ॥ ३३ ॥
क्षेत्रक्षेत्रज्ञयोरेवमन्तरं ज्ञानचक्षुषा ।
भूतप्रकृतिमोक्षं च ये विदुर्यान्ति ते परं ॥ ३४ ॥

इति श्रीभगवद्गीता° क्षेत्रक्षेत्रज्ञविभागयोगो नाम त्रयोदशो ऽध्यायः ॥ १३ ॥

corpore commorans, Cuntidis nate, neque agit, neque con-
taminatur. Sicuti omnivagus aether propter subtilitatem non 32.
contaminatur, sic ubicunque cum corpore congressus spiritus
non contaminatur. Sicut illuminat unus universum hunc or- 33.
bem sol, sic Terrenum universum Terreni gnarus illuminat,
o Bhârata. Hunc in modum discrimen inter terrenum ac ter- 34.
reni gnarum, et emancipationem animantium a natura qui
cernunt scientiae oculo, ii ad summum procedunt.

LECTIO XIV.

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

परं भूयः प्रवक्ष्यामि ज्ञानानां ज्ञानमुत्तमं ।
यज्ज्ञात्वा मुनयः सर्वे परां सिद्धिमितो गताः ॥ १ ॥
इदं ज्ञानमुपाश्रित्य मम साधर्म्यमागताः ।
सर्गेऽपि नोपजायन्ते प्रलये न व्यथन्ति च ॥ २ ॥
मम योनिर्महद्ब्रह्म तस्मिन् गर्भं दधाम्यहं ।
संभवः सर्वभूतानां ततो भवति भारत ॥ ३ ॥

Almum Numen *loquitur:*

1. Egregiam porro effabor scientiam scientiarum praestan-
tissimam, qua cognita anachoretae omnes ad egregiam con-
2. summationem hinc sunt profecti. Hac scientia freti ad meae
conditionis consortium progressi ne in nova quidem creatione
denuo gignuntur, et in rerum dissolutione non percelluntur.
3. Mihi pro utero est magnum Numen: in hoc foetum depono

सर्वयोनिषु कौन्तेय मूर्तयः संभवन्ति याः ।
तासां ब्रह्म महद्योनिरहं बीजप्रदः पिता ॥ ४ ॥
सत्त्वं रजस्तम इति गुणाः प्रकृतिसंभवाः ।
निबध्नन्ति महाबाहो देहे देहिनमव्ययं ॥ ५ ॥
तत्र सत्त्वं निर्मलत्वात् प्रकाशकमनामयं ।
सुखसङ्गेन बध्नाति ज्ञानसङ्गेन चानघ ॥ ६ ॥
रजो रागात्मकं विद्धि तृष्णासङ्गसमुद्भवं ।
तन्निबध्नाति कौन्तेय कर्मसङ्गेन देहिनं ॥ ७ ॥
तमस्त्वज्ञानजं विद्धि मोहनं सर्वदेहिनां ।
प्रमादालस्यनिद्राभिस्तन्निबध्नाति भारत ॥ ८ ॥
सत्त्वं सुखे सञ्जयति रजः कर्मणि भारत ।
ज्ञानमावृत्य तु तमः प्रमादे सञ्जयत्युत ॥ ९ ॥

equidem; origo omnium animantium hinc exsistit, o Bhârata.
E quolibet utero, Cuntidis nate, quae formae prodeunt, 4.
harum magnum Numen est uterus, ego semen praebens pater.
Essentia, impetus, caligo: hunc in modum definitae qualita- 5.
tes e natura ortae vinculis constringunt, o heros, in corpore
spiritum immutabilem. Ex his essentia, propter sincerita- 6.
tem lucida ac sana, dulcedinis studio constringit, et scien-
tiae studio, vir innocue. Impetum affectibus cognatum scias, 7.
ex appetitu et propensione ortum: is constringit, Cuntidis
nate, agendi studio corporis incolam. Caliginem vero ex insci- 8.
tia natam scias, fascinationem cunctorum mortalium: stupore,
desidia, veterno ea constringit, o Bhârata. Essentia cum 9.

रजस्तमश्चाभिभूय सत्त्वं भवति भारत ।
रजः सत्त्वं तमश्चैव तमः सत्त्वं रजस्तथा ॥ १० ॥
सर्वद्वारेषु देहे ऽस्मिन् प्रकाश उपजायते ।
ज्ञानं यदा तदा विद्याद्विवृद्धं सत्त्वमित्युत ॥ ११ ॥
लोभः प्रवृत्तिरारम्भः कर्मणामशमः स्पृहा ।
रजस्येतानि जायन्ते विवृद्धे भरतर्षभ ॥ १२ ॥
अप्रकाशो ऽप्रवृत्तिश्च प्रमादो मोह एव च ।
तमस्येतानि जायन्ते विवृद्धे कुरुनन्दन ॥ १३ ॥
यदा सत्त्वे प्रवृद्धे तु प्रलयं याति देहभृत् ।
तदोत्तमविदां लोकानमलान् प्रतिपद्यते ॥ १४ ॥
रजसि प्रलयं गत्वा कर्मसङ्गिषु जायते ।
तथा प्रलीनस्तमसि मूढयोनिषु जायते ॥ १५ ॥

dulcedine consociat *animantes*, impetus cum conatu, o Bhârata; scientiam involvens vero caligo cum stupore consociat
10. utique. Impetu caligineque devictis, essentia exsistit, o Bhârata; impetus exsistit, essentia et caligine *devictis*; caligo per-
11. inde, essentia ac impetu *devictis*. Quando in hoc corpore per omnes portas clara lux scientiae exoritur, tunc noscat
12. aliquis, essentiam adultam esse utique. Aviditas, alacritas, negotiorum susceptio, inquietudo, concupiscentia: haec impetu
13. adulto nascuntur, Bharatidarum princeps. Hebetudo, tarditasque, error, stuporque pariter: haec caligine adulta nascuntur,
14. Curûs proles. Quando autem post essentiam adultam ad dissolutionem pergit mortalis, tunc ad sedes puras eorum, qui

कर्मणः सुकृतस्याहुः सात्त्विकं निर्मलं फलं ।
रजसस्तु फलं दुःखमज्ञानं तमसः फलं ॥ १६ ॥
सत्त्वात् संजायते ज्ञानं रजसो लोभ एव च ।
प्रमादमोहौ तमसो भवतोऽज्ञानमेव च ॥ १७ ॥
ऊर्द्धं गच्छन्ति सत्त्वस्था मध्ये तिष्ठन्ति राजसाः ।
जघन्यगुणवृत्तिस्था अधो गच्छन्ति तामसाः ॥ १८ ॥
नान्यं गुणेभ्यः कर्तारं यदा द्रष्टानुपश्यति ।
गुणेभ्यश्च परं वेत्ति मद्भावं सोऽधिगच्छति ॥ १९ ॥
गुणानेतानतीत्य त्रीन् देही देहसमुद्भवान् ।
जन्ममृत्युजरादुःखैर्विमुक्तोऽमृतमश्नुते ॥ २० ॥

summum norunt, progreditur. Impetu *adulto* ad dissolutio- 15.
nem profectus, inter agendi studiosos renascitur; porro dis-
solutus caligine *adulta*, e bruto quodam utero renascitur.
Operis honesti fructus fertur essentialis ac sine labe; impe- 16.
tus autem fructus molestia; ignorantia, caliginis fructus. Ex 17.
essentia nascitur scientia; ex impetu aviditas pariter; stupor
et error e caligine exsistunt, nec non ignorantia. Sursum 18.
eunt in essentia permanentes, in medio consistunt impetuosi,
in infima qualitate versantes deorsum eunt caliginosi. Quando 19.
neminem alium praeter qualitates actorem spectator *ille* re-
spicit, et id novit, quod qualitatibus praestat, *tunc* ad meam
conditionem is accedit. Qualitatibus hisce tribus exsuperatis 20.
mortalis, e corpore genitis, genitura, morte, senio ac mo-
lestia liberatus, ambrosia vescitur.

॥ अर्जुन उवाच ॥
कैर्लिङ्गैस्त्रीन् गुणानेतानतीतो भवति प्रभो ।
किमाचारः कथं चैतांस्त्रीन् गुणानतिवर्तते ॥ २१ ॥
॥ श्रीभगवानुवाच ।
प्रकाशं च प्रवृत्तिं च मोहमेव च पाण्डव ।
न द्वेष्टि संप्रवृत्तानि न निवृत्तानि काङ्क्षति ॥ २२ ॥
उदासीनवदासीनो गुणैर्यो न विचाल्यते ।
गुणा वर्तन्त इत्येव योऽवतिष्ठति नेङ्गते ॥ २३ ॥
समदुःखसुखः स्वस्थः समलोष्टाश्मकाञ्चनः ।
तुल्यप्रियाप्रियो धीरस्तुल्यनिन्दात्मसंस्तुतिः ॥ २४ ॥
मानापमानयोस्तुल्यस्तुल्यो मित्रारिपक्षयोः ।
सर्वारम्भपरित्यागी गुणातीतः स उच्यते ॥ २५ ॥

ARJUNAS *loquitur:*

21. Quibusnam signis, qui qualitates hasce exsuperavit, dignoscitur, domine? quamnam vitam professus? et quomodo praevertit hasce tres facultates?

ALMUM NUMEN *loquitur:*

22. Qui tum claritudinem, tum alacritatem, tum stuporem,
o Pânduida, non aversatur, quando ea sese expromunt, ne-
23. que, quando recedunt, desiderat; assidens tanquam hospes
qualitatibus qui non commovetur; quique persuasus qualita-
24. tes *intra fines suos* versari, consistit, neque vacillat; idem
in molestia ac voluptate, sui compos, cui nihil interest inter
glebam, lapidem et aurum, aequus in rebus gratis ingratis-

मां च यो ऽव्यभिचारेण भक्तियोगेन सेवते ।
स गुणान् समतीत्यैतान् ब्रह्मभूयाय कल्पते ॥ २६ ॥
ब्रह्मणो हि प्रतिष्ठाहममृतस्याव्ययस्य च ।
शाश्वतस्य च धर्मस्य सुखस्यैकान्तिकस्य च ॥ २७ ॥

इति श्रीभगवद्गीता° गुणत्रयविभागयोगो नाम चतुर्दशो ऽध्यायः ॥ १४ ॥

que, aequus in vituperatione ac laude sibi tributa, in dignitate 25.
ac contumelia aequus, aequus inter utrasque partes, amicorum
vel hostium; qui cuncta incepta dimisit: is qualitates exsupe-
rasse dicitur. Quique me non aliorsum evagante cultus devo- 26.
tione veneratur, is, qualitatibus hisce exsuperatis, ad condi-
tionem divinam conformatur. Numinis nimirum ego sum in- 27.
star, ambrosiaeque incorruptibilis, legisque aeternae, ac
voluptatis immensae.

LECTIO XV.

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

ऊर्द्धमूलमधःशाखमश्वत्थं प्राहुरव्ययं ।
छन्दांसि यस्य पर्णानि यस्तं वेद स वेदवित् ॥ १ ॥
अधश्चोर्द्धं प्रसृतास्तस्य शाखा
गुणप्रवृद्धा विषयप्रवालाः ।
अधश्च मूलान्यनुसंततानि
कर्मानुबन्धीनि मनुष्यलोके ॥ २ ॥
न रूपमस्येह तथोपलभ्यते
नान्तो न चादिर्न च संप्रतिष्ठा ।
अश्वत्थमेनं सुविरूढमूलम्
असङ्गशस्त्रेण दृढेन छित्त्वा ॥ ३ ॥

Almum Numen *loquitur:*

1. Sursum agentem radices, deorsum agentem ramos ficum religiosam *quandam* praedicant perennem, cuius folia sunt carmina: qui hanc novit, is Librorum sacrorum guarus est.
2. Deorsum sursumque expansi sunt huius *arboris* rami, qualitatum alimentis adulti, e rebus sensilibus germinantes, ac deorsum radices sunt propagatae, quae operum vinculis con-
3. stringere solent genus humanum. Talis eius forma non recte

ततः पदं तत् परिमार्गितव्यं
यस्मिन् गता न निवर्तन्ति भूयः ।
तमेव चाद्यं पुरुषं प्रपद्ये
यतः प्रवृत्तिः प्रसृता पुराणी ॥ ४ ॥
निर्मानमोहा जितसङ्गदोषा
अध्यात्मनित्या विनिवृत्तकामाः ।
द्वन्द्वैर्विमुक्ताः सुखदुःखसंज्ञैर्
गच्छन्त्यमूढाः पदमव्ययं तत् ॥ ५ ॥
न तद्भासयते सूर्यो न शशाङ्को न पावकः ।
यद्गत्वा न निवर्तन्ते तद्धाम परमं मम ॥ ६ ॥
ममैवांशो जीवलोके जीवभूतः सनातनः ।
मनःषष्ठानीन्द्रियाणि प्रकृतिस्थानि कर्षति ॥ ७ ॥

intelligitur in hoc orbe terrarum, nec finis, neque constitutio. Hac fico religiosa cum radicibus late serpentibus ense
acuto aequanimitatis excisa, deinceps sedes illa est anquirenda, quo profecti non amplius revertuntur. Nimirum ad 4.
hunc primigenium Genium ego deduco, unde vortex iste antiquus dimanavit. Qui, arrogantiae et erroris expertes, am- 5.
bitionis vitium devicerunt, constanter in intimo spiritu versantes, et a quibus cupiditates recesserunt; a gemino affectu exsoluti, qui voluptate ac dolore designatur: hi procedunt, haud aberrantes, ad sedem istam perpetuam. Orbem istum 6.
non illuminat sol, nec luna, neque ignis, quo ingressi haud revertuntur: id *est* domicilium meum supremum. Mei por- 7.

शरीरं यदवाप्नोति यच्चाप्युत्क्रामतीश्वरः ।
गृहीत्वैतानि संयाति वायुर्गन्धानिवाशयात् ॥ ८ ॥
श्रोत्रं चक्षुः स्पर्शनं च रसनं घ्राणमेव च ।
अधिष्ठाय मनश्चायं विषयानुपसेवते ॥ ९ ॥
उत्क्रामन्तं स्थितं वापि भुञ्जानं वा गुणान्वितं ।
विमूढा नानुपश्यन्ति पश्यन्ति ज्ञानचक्षुषः ॥ १० ॥
यतन्तो योगिनश्चैनं पश्यन्त्यात्मन्यवस्थितं ।
यतन्तोऽप्यकृतात्मानो नैनं पश्यन्त्यचेतसः ॥ ११ ॥
यदादित्यगतं तेजो जगद्भासयतेऽखिलं ।
यच्चन्द्रमसि यच्चाग्नौ तत् तेजो विद्धि मामकं ॥ १२ ॥

tio quidem in animantium mundo, vitalis, sempiterna, ani-
8. mum cum quinis sensibus e naturae gremio attrahit. Quod-
cunque corpus nanciscitur vel undecunque exit rector *iste*
spiritus, cum eo congreditur illis arreptis, sicuti ventus odo-
9. res ab ipsorum cubili *arripit*. Auditum, visum, tactumque,
gustum, nec non olfactum occupans ille, animumque, rebus
10. sensilibus ministrat. Excuntem, vel permanentem etiam, vel
fruentem, qualitatibus consociatum stulti non respiciunt: cer-
11. nunt vero scientiae visu praediti; annitentesque devoti cum
cernunt in semet ipsis commorantem; *sed* quamvis annitentes,
qui spiritales nondum facti sunt, eum non cernunt, intellectu
12. destituti. Qui splendor in sole concretus mundum illuminat
totum, quique in luna, quique in igne: eum splendorem
13. meum esse scias. Terramque penetrans, animalia sustento
ego vigore meo, nutrioque herbas cunctas, conversus in suc-

गामाविश्य च भूतानि धारयाम्यहमोजसा ।
पुष्णामि चौषधीः सर्वाः सोमो भूत्वा रसात्मकः ॥ १३ ॥
अहं वैश्वानरो भूत्वा प्राणिनां देहमाश्रितः ।
प्राणापानसमायुक्तः पचाम्यन्नं चतुर्विधं ॥ १४ ॥
सर्वस्य चाहं हृदि संनिविष्टो
मत्तः स्मृतिर्ज्ञानमपोहनं च ।
वेदैश्च सर्वैरहमेव वेद्यो
वेदान्तकृद्वेदविदेव चाहं ॥ १५ ॥
द्वाविमौ पुरुषौ लोके क्षरश्चाक्षर एव च ।
क्षरः सर्वाणि भूतानि कूटस्थोऽक्षर उच्यते ॥ १६ ॥
उत्तमः पुरुषस्त्वन्यः परमात्मेत्युदाहृतः ।
यो लोकत्रयमाविश्य विभर्त्यव्यय ईश्वरः ॥ १७ ॥

cum, qui saporem iis impertit. Ego in calorem conversus, 14.
animalium corpore diffusus, cum anima, quam ducunt vel
efflant, coniunctus, quaternorum generum cibum concoquo.
Et cuiusque ego cordi insideo: ex me est memoria, scientia 15.
ac ratiocinium: in librisque sacris universis ego sum et co-
gnoscendus, et doctrinae theologicae auctor, itidem librorum
sacrorum interpres. Duo hi Genii in mundo *exstant*, tum 16.
dividuus, tum individuus: dividuus est animantium universi-
tas; individuus in fastigio collocatus dicitur. *Praeter hos* 17.
autem est alius Genius supremus, summi spiritus nomine de-
signatus, qui, mundo tergemino penetrato, eum sustentat,
incorruptibilis, omnipotens. Quia dividuum ego exsupero, ac 18.

यस्मात् क्षरमतीतोऽहमक्षरादपि चोत्तमः ।
अतोऽस्मि लोके वेदे च प्रथितः पुरुषोत्तमः ॥ १८ ॥
यो मामेवमसंमूढो जानाति पुरुषोत्तमं ।
स सर्वविद्भजति मां सर्वभावेन भारत ॥ १९ ॥
इति गुह्यतमं शास्त्रमिदमुक्तं मयानघ ।
एतद्बुद्ध्वा बुद्धिमान् स्यात् कृतकृत्यश्च भारत ॥ २० ॥

इति श्रीभगवद्गीता° पुरुषोत्तमप्राप्तियोगो नाम पञ्चदशो ऽध्यायः ॥ १५ ॥

prae individuo etiam excello, ideo inter homines et in libris
19. sacris celebratus fui GENII SUPREMI nomine. Qui, errorum immunis, talem me cognoscit Genium supremum, is, universitatis rerum gnarus, me colit omni vitae ratione, o Bhârata.
20. Sic maxime arcana doctrina haec a me declarata est, vir innocue. Hoc intellecto, sapiens quilibet fiet, atque omni negotio defunctus, o Bhârata.

LECTIO XVI.

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

अभयं सत्त्वसंशुद्धिर्ज्ञानयोगव्यवस्थितिः ।
दानं दमश्च यज्ञश्च स्वाध्यायस्तप आर्जवं ॥ १ ॥
अहिंसा सत्यमक्रोधस्त्यागः शान्तिरपैशुनं ।
दया भूतेष्वलोलत्वं मार्दवं ह्रीरचापलं ॥ २ ॥
तेजः क्षमा धृतिः शौचमद्रोहो नातिमानिता ।
भवन्ति संपदं दैवीमभिजातस्य भारत ॥ ३ ॥

Almum Numen *loquitur:*

Impavidus animus, ingenii sui lustratio, in scientiae desti- 1.
natione perseverantia, largitudo, temperantia et religio, pia
meditatio, castimonia, rectitudo, innocentia, veritas, irae seda- 2.
tio, liberalitas, calumniarum repudiatio, benevolentia erga ani-
mantes, alienus a lascivia animus, mansuetudo, pudor, gra-
vitas, vigor, patientia, firmitas, puritas, nullum vindictae stu- 3.
dium, modica de se opinio: *hae* sunt *virtutes* eius, qui di-

दम्भो दर्पोऽभिमानश्च क्रोधः पारुष्यमेव च ।
अज्ञानं चाभिजातस्य पार्थ संपदमासुरीं ॥ ४ ॥
दैवी संपद्विमोक्षाय निबन्धायासुरी मता ।
मा शुचः संपदं दैवीमभिजातोऽसि पाण्डव ॥ ५ ॥
द्वौ भूतसर्गौ लोकेऽस्मिन् दैव आसुर एव च ।
दैवो विस्तरशः प्रोक्त आसुरं पार्थ मे शृणु ॥ ६ ॥
प्रवृत्तिं च निवृत्तिं च जना न विदुरासुराः ।
न शौचं नापि चाचारो न सत्यं तेषु विद्यते ॥ ७ ॥
असत्यमप्रतिष्ठं ते जगदाहुरनीश्वरं ।
अपरस्परसंभूतं किमन्यत् कामहैतुकं ॥ ८ ॥
एतां दृष्टिमवष्टभ्य नष्टात्मानोऽल्पबुद्धयः ।
प्रभवन्त्युग्रकर्माणः क्षयाय जगतोऽहिताः ॥ ९ ॥

4. vina sorte nascitur, o Bhârata. Simulatio, superbia atque insolentia, iracundia, nec non sermo contumeliosus et ignorantia: *hi* sunt *mores* eius, Prithae fili, qui daemonia sorte
5. nascitur. Divina sors ad emancipationem, daemonia ad vincula ducere censetur. Noli moerere! Divina sorte natus
6. tu es, o Pânduida. Duplex animantium indoles est in hoc mundo: tum divina, tum vero daemonia. Divina fuse est
7. declarata; daemoniam, Prithae fili, iam ex me audi. Neque agendi nec cessandi rationem norunt homines daemonii; non puritas, nec vero etiam certa vivendi regula, nec veri-
8. tas in iis reperitur. Hi mundo nihil veri, nullam stabilem constitutionem inesse aiunt, et rectore eum carere; non ex

काममाश्रित्य दुष्पूरं दम्भमानमदान्विताः ।
मोहाद्गृहीत्वासद्ग्राहान् प्रवर्तन्ते ऽशुचिव्रताः ॥ १० ॥
चिन्तामपरिमेयां च प्रलयान्तामुपाश्रिताः ।
कामोपभोगपरमा एतावदिति निश्चिताः ॥ ११ ॥
आशापाशशतैर्बद्धाः कामक्रोधपरायणाः ।
ईहन्ते कामभोगार्थमन्यायेनार्थसंचयान् ॥ १२ ॥
इदमद्य मया लब्धमिमं प्राप्स्ये मनोरथं ।
इदमस्तीदमपि मे भविष्यति पुनर्धनं ॥ १३ ॥
असौ मया हतः शत्रुर्हनिष्ये चापरानपि ।
ईश्वरो ऽहमहं भोगी सिद्धो ऽहं बलवान् सुखी ॥१४॥

certa caussarum successione ortum, nihilque aliud nisi casus
ludibrium. In hac opinione defixi, mente pessumdata, pa- 9.
rum intelligentes, ruunt infesti in facinora violenta, generi
humano perniciosa. Libidini inexplebili dediti, fraude, su- 10.
perbia, temeritate muniti, stulte ineptias aucupantes, pro-
rumpunt, vitam impuram professi, cogitatione sine termino 11.
evagante freti, leto omnia finiri; voluptati, quasi esset finis
bonorum, indulgentes; hactenus *vita frui licere, neque ultra
quidquam dari*, statuentes. Spei centenis laqueis impliciti, 12.
in libidinem iramque proni, libidine sua fruendi gratia, ve-
nantur opes iniquitate accumulatas. »Istud hodie a me ca- 13.
»ptum, illud nanciscar desiderium; istud adest, illud quoque
»mihi rursus eveniet lucrum; iste a me caesus inimicus, cae- 14.
»damque caeteros etiam. Princeps ego sum, ego deliciis
»affluens, consummatus ego, praepollens, felix; opulentus 15.

आढ्योऽभिजनवानस्मि कोऽन्योऽस्ति सदृशो मया ।
यक्ष्ये दास्यामि मोदिष्य इत्यज्ञानविमोहिताः ॥ १५ ॥
अनेकचित्तविभ्रान्ता मोहजालसमावृताः ।
प्रसक्ताः कामभोगेषु पतन्ति नरकेऽशुचौ ॥ १६ ॥
आत्मसंभाविताः स्तब्धा धनमानमदान्विताः ।
यजन्ते नामयज्ञैस्ते दम्भेनाविधिपूर्वकं ॥ १७ ॥
अहंकारं बलं दर्पं कामं क्रोधं च संश्रिताः ।
मामात्मपरदेहेषु प्रद्विषन्तोऽभ्यसूयकाः ॥ १८ ॥
तानहं द्विषतः क्रूरान् संसारेषु नराधमान् ।
क्षिपाम्यजस्रमशुभानासुरीष्वेव योनिषु ॥ १९ ॥
आसुरीं योनिमापन्ना मूढा जन्मनि जन्मनि ।
मामप्राप्यैव कौन्तेय ततो यान्त्यधमां गतिं ॥ २० ॥

»sum, genere nobilitatus: quis alius mei similis? Sacrificabo,
»largiar, commissabor.« Talia sibi persuadent, ignorantia
16. occaecati. Multiplici cogitatione perturbati, erroris retibus
involuti, proclives in libidines suas explendas, praecipitant in
17. infernum impurum. Opinione de se elati, pervicaces, opibus,
superbia, temeritate muniti, hi ad simulationem sanctitatis
operantur sacris haud rite perfectis, quae nil nisi nomen
18. sacrorum habent; sui studio, violentiae, arrogantiae, libi-
dini, iracundiae dediti, me in sua ipsorum aliisque perso-
19. nis perosi, obtrectatores. Hosce ego infensos *mihi*, atro-
ces, infimos hominum in mortalitatis vicissitudinibus conicio
20. identidem infaustos in uteros daemonios. Daemonio utero

त्रिविधं नरकस्येदं द्वारं नाशनमात्मनः ।
कामः क्रोधस्तथा लोभस्तस्मादेतत् त्रयं त्यजेत् ॥ २१ ॥
एतैर्विमुक्तः कौन्तेय तमोद्वारैस्त्रिभिर्नरः ।
आचरत्यात्मनः श्रेयस्ततो याति परां गतिं ॥ २२ ॥
यः शास्त्रविधिमुत्सृज्य वर्तते कामकारतः ।
न स सिद्धिमवाप्नोति न सुखं न परां गतिं ॥ २३ ॥
तस्माच्छास्त्रं प्रमाणं ते कार्याकार्यव्यवस्थितौ ।
ज्ञात्वा शास्त्रविधानोक्तं कर्म कर्तुमिहार्हसि ॥ २४ ॥

इति श्रीभगवद्गीता° दैवासुरसंपद्विभागयोगो नाम षोडशो ऽध्यायः ॥ १६ ॥

inclusi, dementes, e generatione in generationem, me omnino haud nacti, Cuntidis nate, deinque infimam viam ingrediuntur. Triplex inferni ea est porta, qua semet ipsos pes- 21.
sumdant: libido, iracundia, nec non avaritia, idcirco terna haec vitare oportet. Hisce liberatus vir, Cuntidis nate, ca- 22.
liginis portis tribus, sectatur suam salutem, deinde viam supremam ingreditur. Qui, legis scriptae praeceptis neglectis, 23.
vitam degit ad libidinis arbitrium, is neque consummationem adipiscitur, nec felicitatem, nec viam supremam. Igitur lex 24.
scripta auctoritas tibi *esto* in rerum agendarum vel omittendarum discrimine. Cognito legis scriptae praeceptis imperato opere, peragere istud hic te decet.

LECTIO XVII.

॥ अर्जुन उवाच ॥

ये शास्त्रविधिमुत्सृज्य यजन्ते श्रद्धयान्विताः ।
तेषां निष्ठा तु का कृष्ण सत्वमाहो रजस्तमः ॥ १ ॥

॥ श्रीभगवानुवाच ॥

त्रिविधा भवति श्रद्धा देहिनां सा स्वभावजा ।
सात्विकी राजसी चैव तामसी चेति तां शृणु ॥ २ ॥
सत्वानुरूपा सर्वस्य श्रद्धा भवति भारत ।
श्रद्धामयोऽयं पुरुषो यो यच्छ्रद्धः स एव सः ॥ ३ ॥

Arjunas *loquitur:*

1. Qui, legis scriptae praeceptis neglectis, sacra faciunt fide imbuti: quaenam horum est statio, o Crishna? utrum essentia, an impetus vel caligo?

Almum Numen *loquitur:*

2. Triplex exsistit fides mortalium. Nascitur ea e cuiusque indole: essentialis, nec non impetuosa, et caliginosa. Hanc
3. auscula. Ingenio hominis cuiusque similis est *eius* fides, o Bhârata. Fide praeditus quilibet homo, cui rei fidem habet,

यजन्ते सात्त्विका देवान् यक्षरक्षांसि राजसाः ।
प्रेतान् भूतगणांश्चान्ये यजन्ते तामसा जनाः ॥ ४ ॥
अशास्त्रविहितं घोरं तप्यन्ते ये तपो जनाः ।
दम्भाहंकारसंयुक्ताः कामरागबलान्विताः ॥ ५ ॥
कर्शयन्तः शरीरस्थं भूतग्राममचेतसः ।
मां चैवान्तःशरीरस्थं तान् विद्ध्यासुरनिश्चयान् ॥ ६ ॥
आहारस्त्वपि सर्वस्य त्रिविधो भवति प्रियः ।
यज्ञस्तपस्तथा दानं तेषां भेदमिमं शृणु ॥ ७ ॥
आयुःसत्त्वबलारोग्यसुखप्रीतिविवर्धनाः ।
रस्याः स्निग्धाः स्थिरा हृद्या आहाराः सात्त्विकप्रियाः ॥
कट्वम्ललवणात्युष्णतीक्ष्णरूक्षविदाहिनः ।
आहारा राजसस्येष्टा दुःखशोकामयप्रदाः ॥ ९ ॥

talis est utique. Sacra faciunt *homines* essentiales Divis; 4.
Geniis Gigantibusque impetuosi; Manibus Lemurumque gre-
gibus alii sacra faciunt caliginosi homines. Qui lege scripta 5.
haud comprobatis sese castigant castimoniis homines, cum
simulatione ac sui fiducia copulati, libidine, commotione, vio-
lentia obsessi, vexantes elementorum compagem in corpore con- 6.
stitutam, dementes, et me perinde intimis corporis recessibus
insidentem: hosce scias daemonibus addictos. At enimvero 7.
cibus etiam singulis triplex gratus est; *triplex* sacrificium,
castimonia, nec non largitio. Horum hancce distinctionem
ausculta. Aevum, substantiam, robur, sanitatem, voluptatem, 8
hilaritatem augentes, sapidi, mites, solidi, suaves cibi essen-

यातयामं गतरसं पूतिपर्युषितं च यत् ।
उच्छिष्टमपि चामेध्यं भोजनं तामसप्रियं ॥ १० ॥
अफलाकाङ्क्षिभिर्यज्ञो विधिदृष्टो य इज्यते ।
यष्टव्यमेवेति मनः समाधाय स सात्त्विकः ॥ ११ ॥
अभिसंधाय तु फलं दम्भार्थमपि चैव यत् ।
इज्यते भरतश्रेष्ठ तं यज्ञं विद्धि राजसं ॥ १२ ॥
विधिहीनमसृष्टान्नं मन्त्रहीनमदक्षिणं ।
श्रद्धाविरहितं यज्ञं तामसं परिचक्षते ॥ १३ ॥
देवद्विजगुरुप्राज्ञपूजनं शौचमार्जवं ।
ब्रह्मचर्यमहिंसा च शारीरं तप उच्यते ॥ १४ ॥

9. tialibus hominibus grati sunt. Acres, acidi, salsi, nimis fervidi, pungentes, acerbi inflammantesque cibi impetuoso pla-
10. cent, doloris, molestiae morborumque faecundi. Vapidae, insipidae, et quae foetore corruptae sunt, vel reiectae etiam
11. obscoenaeque dapes caliginosis gratae sunt. Quod ab iis, qui nullum inde praemium captant, offertur sacrificium cum ritunm observantia, nullo alio consilio menti infixo nisi ut sa-
12. crificandi officium expleatur, id *est* essentiale. Praecepta autem praemii exspectatione, simulandaeque pietatis gratia etiam quod perficitur, Bharatidarum optime, id sacrificium
13. scias esse impetuosum. A ritu alienum, celebratum sine cibi distributione, sine carminibus solemnibus, mercede sacerdotibus negata, fide destitutum sacrificium caliginosum pronun-
14. ciant *viri docti.* Reverentia erga Deos, Brachmanas, magistros doctosque, puritas, rectitudo, abstinentia a rebus ve-

अनुद्वेगकरं वाक्यं सत्यं प्रियहितं च यत् ।
स्वाध्यायाभ्यसनं चैव वाङ्मयं तप उच्यते ॥ १५ ॥
मनःप्रसादः सौम्यत्वं मौनमात्मविनिग्रहः ।
भावसंशुद्धिरित्येतत् तपो मानसमुच्यते ॥ १६ ॥
श्रद्धया परया तप्तं तपस्तत् त्रिविधं नरैः ।
अफलाकाङ्क्षिभिर्युक्तैः सात्त्विकं परिचक्षते ॥ १७ ॥
सत्कारमानपूजार्थं तपो दम्भेन चैव यत् ।
क्रियते तदिह प्रोक्तं राजसं चलमध्रुवं ॥ १८ ॥
मूढग्राहेणात्मनो यत् पीडया क्रियते तपः ।
परस्योत्सादनार्थं वा तत् तामसमुदाहृतं ॥ १९ ॥

nereis, mansuetudo: haec ad corporalem castimoniam refe-
runtur. Sermo nullam commotionem excitaturus, verilicus, 15.
et comitatis plenus, nec non lectionis *librorum sacrorum* con-
suetudo: haec ad oris castimoniam referuntur. Mentis sere- 16.
nitas, benignitas, silentium, sui coërcitio, indolis lustratio:
haec ad spiritalem castimoniam referuntur. Fide insigni ca- 17.
stimoniam hanc tripartitam servatam, ab hominibus devotis,
nullum inde praemium captantibus, essentialem nuncupant.
Honorem, dignitatem ac reverentiam sibi comparandi gratia, 18.
nec non cum simulatione pietatis quae castimonia exercetur,
ea secundum rationem nostram declaratur impetuosa, levis,
infirma. Quae ex inepto commento ad sui ipsius cruciatum 19.
exercetur castimonia, vel aliis perniciem moliendi gratia, ea
caliginosa pronuntiatur. Hac persuasione, largiendi officium 20.
nobis incumbere, quae largitio fit ei, qui mutuum officium

दातव्यमिति यद्दानं दीयतेऽनुपकारिणे ।
देशे काले च पात्रे च तद्दानं सात्विकं स्मृतं ॥ २० ॥
यत् तु प्रत्युपकारार्थं फलमुद्दिश्य वा पुनः ।
दीयते च परिक्लिष्टं तद्दानं राजसं स्मृतं ॥ २१ ॥
अदेशकाले यद्दानमपात्रेभ्यश्च दीयते ।
असत्कृतमवज्ञातं तत् तामसमुदाहृतं ॥ २२ ॥
ओं तत् सदिति निर्देशो ब्रह्मणस्त्रिविधः स्मृतः ।
ब्राह्मणास्तेन वेदाश्च यज्ञाश्च विहिताः पुरा ॥ २३ ॥
तस्मादोमित्युदाहृत्य यज्ञदानतपःक्रियाः ।
प्रवर्तन्ते विधानोक्ताः सततं ब्रह्मवादिनां ॥ २४ ॥
तदित्यनभिसंधाय फलं यज्ञतपःक्रियाः ।
दानक्रियाश्च विविधाः क्रियन्ते मोक्षकाङ्क्षिभिः ॥ २५ ॥

praestare nequit, iusto loco ac tempore, et pro merito, ea
21. largitio essentialis memoratur. Quae vero favoris mutui ca-
ptandi gratia, vel praemii repectu quoque fit, atque relu-
22. ctanter, ea largitio impetuosa memoratur. Quae inopportuno
loco ac tempore fit largitio atque inter indignos, sine comi-
23. tate, cum contumelia, ea caliginosa pronuntiatur. Ôm, id,
ens: hunc in modum designatio numinis triplex memoratur,
a quo Brachmanae, librique sacri ac sacrificia olim ordinata
24. sunt. Ideo hac syllaba ôm pronuntiata, sacrificii, largitio-
nis ac castimoniae actus religione imperati inchoantur sem-
25. per a theologis. »Id *ipsum est*,« sic statuto, sine praemii
exspectatione sacrificii et castimoniae actus, nec non largitio-

सद्भावे साधुभावे च सदित्येतत् प्रयुज्यते ।
प्रशस्ते कर्मणि तथा सच्छब्दः पार्थ युज्यते ॥ २६ ॥
यज्ञे तपसि दाने च स्थितिः सदिति चोच्यते ।
कर्म चैव तदर्थीयं सदित्येवाभिधीयते ॥ २७ ॥
अश्रद्धया हुतं दत्तं तपस्तप्तं कृतं च यत् ।
असदित्युच्यते पार्थ न च तत् प्रेत्य नो इह ॥ २८ ॥

इति श्रीभगवद्गीता° श्रद्धात्रयविभागयोगो नाम सप्तदशो ऽध्यायः ॥ १७ ॥

nis actus varii perficiuntur ab iis, qui emancipationem suam
desiderant. De veritate ac honestate istud vocabulum ENS 26.
adhibetur; de laudabili opere similiter adhibetur, Prithae
fili, eadem vox. Sacrificii, castimoniae, largitionis certa 27.
consuetudo quoque ENS appellatur; nec minus opus horum
gratia susceptum ENTIS nomine nuncupatur. Quodcunque 28.
sine fide peragitur, sive sacrificium sit, seu largitio, seu castimonia, sive opus, NON-ENS dicitur, Prithae fili, neque id valet post mortem, neque in hoc aevo.

LECTIO XVIII.

॥ अर्जुन उवाच ॥
संन्यासस्य महाबाहो तत्त्वमिच्छामि वेदितुं ।
त्यागस्य च हृषीकेश पृथक् केशिनिषूदन ॥ १ ॥
॥ श्रीभगवानुवाच ॥
काम्यानां कर्मणां न्यासं संन्यासं कवयो विदुः ।
सर्वकर्मफलत्यागं प्राहुस्त्यागं विचक्षणाः ॥ २ ॥
त्याज्यं दोषवदित्येके कर्म प्राहुर्मनीषिणः ।
यज्ञदानतपःकर्म न त्याज्यमिति चापरे ॥ ३ ॥

ARJUNAS *loquitur:*

1. Abdicationis, o heros, veram naturam cupio cognoscere, dimissionisque, sensuum domitor, singularum separatim, o Câsinis interfector.

ALMUM NUMEN *loquitur:*

2. Operum ex desiderio aliquo susceptorum abdicationem ABDICATIONIS nomine vates intelligunt; omnium operum prae-
3. mii dimissionem praedicant DIMISSIONEM sermonis periti. Dimittendum culpae instar esse opus *quodlibet*, nonnulli docuere philosophi; ad sacrificium, largitionem, castimoniam

निश्चयं शृणु मे तत्र त्यागे भरतसत्तम ।
त्यागो हि पुरुषव्याघ्र त्रिविधः संप्रकीर्तितः ॥ ४ ॥
यज्ञदानतपःकर्म न त्याज्यं कार्यमेव तत् ।
यज्ञो दानं तपश्चैव पावनानि मनीषिणां ॥ ५ ॥
एतान्यपि तु कर्माणि सङ्गं त्यक्त्वा फलानि च ।
कर्तव्यानीति मे पार्थ निश्चितं मतमुत्तमं ॥ ६ ॥
नियतस्य तु संन्यासः कर्मणो नोपपद्यते ।
मोहात् तस्य परित्यागस्तामसः परिकीर्तितः ॥ ७ ॥
दुःखमित्येव यत् कर्म कायक्लेशभयात् त्यजेत् ।
स कृत्वा राजसं त्यागं नैव त्यागफलं लभेत् ॥ ८ ॥

pertinens opus nequaquam esse dimittendum, rursus alii.
Decretum meum iam ausculta super dimissione, Bharatidarum 4.
optime. Dimissio videlicet, virorum princeps, triplex pro-
nuntiata est. Ad sacrificium, largitionem, castimoniam per- 5.
tinens opus haud dimittendum, faciendum id utique. Sacri-
ficium, largitio, nec non castimonia, sunt lustramina sapien-
tum. Haec igitur opera *a me enumerata*, ambitione fructu- 6.
que dimissis, omnino peragenda sunt, Prithae fili: hoc est
decretum meum certum ac supremum. Necessarii vero ope- 7.
ris abdicatio haud consentanea est: istiusmodi operis inter-
missio a stultitia profecta caliginosa praedicatur. Difficile 8.
esse reputans, si quis opus quoddam prae formidine corpo-
ralis molestiae dimittat, is, facta dimissione impetuosa non
sane dimissionis fructum percipiet. »Peragendum est!« sic 9.
statuto, quodcunque opus necessarium peragitur, o Arjuna,

कार्यमित्येव यत् कर्म नियतं क्रियतेऽर्जुन ।
सङ्गं त्यक्त्वा फलं चैव स त्यागः सात्विको मतः ॥ ९ ॥
न द्वेष्ट्यकुशलं कर्म कुशले नानुषज्जते ।
त्यागी सत्वसमाविष्टो मेधावी छिन्नसंशयः ॥ १० ॥
न हि देहभृता शक्यं त्यक्तुं कर्माण्यशेषतः ।
यस्तु कर्मफलत्यागी स त्यागीत्यभिधीयते ॥ ११ ॥
अनिष्टमिष्टं मिश्रं च त्रिविधं कर्मणः फलं ।
भवत्यत्यागिनां प्रेत्य न तु संन्यासिनां क्वचित् ॥ १२ ॥
पञ्चैमानि महाबाहो कारणानि निबोध मे ।
सांख्ये कृतान्ते प्रोक्तानि सिद्धये सर्वकर्मणां ॥ १३ ॥
अधिष्ठानं तथा कर्ता करणं च पृथग्विधं ।
विविधाश्च पृथक् चेष्टा दैवं चैवात्र पञ्चमं ॥ १४ ॥

ambitione fructuque dimissis: haec dimissio essentialis aesti-
10. matur. Neque aversatur minus prosperum opus, nec pro-
spero inhaeret dimissor, essentiae consociatus, prudens, du-
11. bitatione exemtus. Nequaquam fieri potest, ut *homo* corpore
indutus opera dimittat omnino: qui vero operum fructum di-
12. mittit, is DIMISSOR, hoc nomine appellatur. Inoptatus, opta-
tus, mixtusque, triplex operis fructus post obitum obtingit,
13. non dimittentibus, at dimittentibus nequaquam. Quinque
haec, o heros, principia disce ex me, rationali demonstra-
tione explicata, ad consummationem cuiuscunque operis ne-
14. cessaria: ditio, deinde actor, et instrumentum speciatim di-
versum, variique singulatim conatus, Fatumque quinto loco

शरीरवाङ्मनोभिर्यत् कर्म प्रारभते नरः ।
न्याय्यं वा विपरीतं वा पञ्चैते तस्य हेतवः ॥ १५ ॥
तत्रैवं सति कर्तारमात्मानं केवलं तु यः ।
पश्यत्यकृतबुद्धित्वान्न स पश्यति दुर्मतिः ॥ १६ ॥
यस्य नाहंकृतो भावो बुद्धिर्यस्य न लिप्यते ।
हत्वापि स इमाँल्लोकान् न हन्ति न निबध्यते ॥ १७ ॥
ज्ञानं ज्ञेयं परिज्ञाता त्रिविधा कर्मचोदना ।
करणं कर्म कर्तेति त्रिविधः कर्मसंग्रहः ॥ १८ ॥
ज्ञानं कर्म च कर्ता च त्रिधैव गुणभेदतः ।
प्रोच्यते गुणसंख्याने यथावच्छृणु तान्यपि ॥ १९ ॥
सर्वभूतेषु येनैकं भावमव्ययमीक्षते ।
अविभक्तं विभक्तेषु तज्ज्ञानं विद्धि सात्त्विकं ॥ २० ॥

accedens. Corpore, voce, animo quodcunque opus aggre- 15.
ditur homo, seu iustum, sive iniquum, quina haecce sunt
eius principia. Quod quum ita sit, qui actorem semet ipsum 16.
duntaxat cernit prae mentis ruditate, non is vere cernit sto-
lidus. Cuius indoles non inflata est sui fiducia, cuius mens 17.
non polluitur, is, vel occisis hisce mortalibus, neque occi-
dit, neque vinculis constringitur. Cognitio, res cognoscenda, 18.
cognitor: hoc triplex est agendi momentum; instrumentum,
opus, actor: haec triplex operis summa. Cognitio, opusque, 19.
actorque, trifariam *singula* pro qualitatum discrimine decla-
rantur: qualitatibus ex ordine enumeratis haec porro ausculta.
Qua *cognitione quis* in omnibus, quae exstant, unicum ex- 20.

पृथक्त्वेन तु यज्ज्ञानं नानाभावान् पृथग्विधान् ।
वेत्ति सर्वेषु भूतेषु तज्ज्ञानं विद्धि राजसं ॥ २१ ॥
यत् तु कृत्स्नवदेकस्मिन् कार्ये सक्तमहैतुकं ।
अतत्त्वार्थवदल्पं च तत् तामसमुदाहृतं ॥ २२ ॥
नियतं सङ्गरहितमरागद्वेषतः कृतं ।
अफलप्रेप्सुना कर्म यत् तत् सात्त्विकमुच्यते ॥ २३ ॥
यत् तु कामेप्सुना कर्म साहंकारेण वा पुनः
क्रियते बहुलायासं तद्राजसमुदाहृतं ॥ २४ ॥
अनुबन्धं क्षयं हिंसामनवेक्ष्य च पौरुषं ।
मोहादारभ्यते कर्म तत् तामसमुदाहृतं ॥ २५ ॥

sistendi principium incorruptibile cernit, indiscretum in di-
21. scretis, eam cognitionem scias essentialem. Singulatim autem
quae cognitio varios exsistendi modos peculiares novit in
omnibus quae exsistunt, hanc cognitionem scias esse impe-
22. tuosam. Quae vero ad peculiare aliquod negotium applicata
est, quasi sit universitas rerum, quae principiis caret, veri
summae haud consentanea atque augusta, ea *cognitio* caligi-
23. nosa nuncupatur. Quodcunque necessarium opus, ambitione
seposita, sine ira et studio peragitur ab homine fructum haud
24. captante, id essentiale dicitur. Quod vero opus ab homine
libidines captante vel etiam fiducia sui elato peragitur, cum
25. magno molimine, id impetuosum nuncupatur. Sine respectu
consequentiae, damni, *iniuriae aliis illatae*, et propriarum
virium stulte peragitur opus: id caliginosum nuncupatur.
26. Ambitionis expers, minime magniloquus, constantia ac forti-

मुक्तसङ्गोऽनहंवादी धृत्युत्साहसमन्वितः ।
सिद्ध्यसिद्ध्योर्निर्विकारः कर्ता सात्त्विक उच्यते ॥ २६ ॥
रागी कर्मफलप्रेप्सुर्लुब्धो हिंसात्मकोऽशुचिः ।
हर्षशोकान्वितः कर्ता राजसः परिकीर्त्तितः ॥ २७ ॥
अयुक्तः प्राकृतः स्तब्धः शठो नैष्कृतिकोऽलसः
विषादी दीर्घसूत्री च कर्ता तामस उच्यते ॥ २८ ॥
बुद्धेर्भेदं धृतेश्चैव गुणतस्त्रिविधं शृणु ।
प्रोच्यमानमशेषेण पृथक्त्वेन धनंजय ॥ २९ ॥
प्रवृत्तिं च निवृत्तिं च कार्याकार्ये भयाभये ।
बन्धं मोक्षं च या वेत्ति बुद्धिः सा पार्थ सात्त्विकी ॥ ३० ॥
यया धर्ममधर्मं च कार्यं चाकार्यमेव च ।
अयथावत् प्रजानाति बुद्धिः सा पार्थ राजसी ॥ ३१ ॥

tudine praeditus, in eventu prospero sive improspero immutatus actor essentialis dicitur. Affectibus commotus, operis 27.
fructum captans, avidus, ad iniurias inferendas pronus, impurus, exultationi et moerori obnoxius actor impetuosus praedicatur. Ineptus, vilis, contumax, falsus, negligens, piger, 28.
animum despondens morasque nectens actor caliginosus dicitur. Mentis divisionem nec non constantiae secundum qua- 29.
litates tripartitam ausculta, declaratam plene ac singulatim, contemtor opum. Quae aggrediendi ac recedendi opportu- 30.
nitatem, quid faciendum sit vel non faciendum, periculum ac securitatem, nexum solutionemque novit mens, ea, Prithae fili, est essentialis. Qua *quis* iustum et iniustum, tum 31.

अधर्मं धर्ममिति या मन्यते तमसावृता ।
सर्वार्थान् विपरीतांश्च बुद्धिः सा पार्थ तामसी ॥ ३२ ॥
धृत्या यया धारयते मनःप्राणेन्द्रियक्रियाः ।
योगेनाव्यभिचारिण्या धृतिः सा पार्थ सात्त्विकी ॥ ३३ ॥
यया तु धर्मकामार्थान् धृत्या धारयतेऽर्जुन ।
प्रसङ्गेन फलाकाङ्क्षी धृतिः सा पार्थ राजसी ॥ ३४ ॥
यया स्वप्नं भयं शोकं विषादं मदमेव च ।
न विमुञ्चति दुर्मेधा धृतिः सा पार्थ तामसी ॥ ३५ ॥
सुखं त्विदानीं त्रिविधं शृणु मे भरतर्षभ ।
अभ्यासाद्रमते यत्र दुःखान्तं च निगच्छति ॥ ३६ ॥
यत्तदग्रे विषमिव परिणामेऽमृतोपमं ।
तत् सुखं सात्त्विकं प्रोक्तमात्मबुद्धिप्रसादजं ॥ ३७ ॥

etiam quid faciendum et non faciendum, incongrue diiudi-
32. cat, ea mens, Prithae fili, est impetuosa. Quae iniustum pro
iusto habet, caligine involuta, et omnes res in contrarium
33. vertit: ea mens, Prithae fili, est caliginosa. Qua constantia
quis retinet animi, spiritus vitalis sensuumque actus in devo-
tione nusquam evagante: ea constantia, Prithae fili, est essen-
34. tialis. Qua vero constantia quis honestum, utile, dulce secta-
tur, o Arjuna, sub horum specie fructuum cupidus, ea con-
35. stantia, Prithae fili, est impetuosa. Qua veternum, pavorem,
sollicitudinem, moerorem, vecordiam non excutit insipiens:
36. ea constantia, Prithae fili, est caliginosa. Voluptatem vero
nunc triplicem audi ex me, Bharatidarum princeps. Ubi quis

विषयेन्द्रियसंयोगाद्यत्तदग्रे ऽमृतोपमं ।
परिणामे विषमिव तत् सुखं राजसं स्मृतं ॥ ३८ ॥
यदग्रे चानुबन्धे च सुखं मोहनमात्मनः ।
निद्रालस्यप्रमादोत्थं तत् तामसमुदाहृतं ॥ ३९ ॥
न तदस्ति पृथिव्यां वा दिवि देवेषु वा पुनः ।
सत्वं प्रकृतिजैर्मुक्तं यदेभिः स्यात् त्रिभिर्गुणैः ॥ ४० ॥
ब्राह्मणक्षत्रियविशां शूद्राणां च परंतप ।
कर्माणि प्रविभक्तानि स्वभावप्रभवैर्गुणैः ॥ ४१ ॥
शमो दमस्तपः शौचं क्षान्तिरार्जवमेव च ।
ज्ञानं विज्ञानमास्तिक्यं ब्रह्मकर्म स्वभावजं ॥ ४२ ॥

consuetudine parta demum delectatur, atque ad molestiae finem
pervenit; quidquid, initio veneni instar, in effectu nectaris est 37.
simile: ea voluptas essentialis declaratur, e mentis ipsius sere-
nitate nata. Quidquid propter copulationem sensuum cum re- 38.
bus sibi subiectis initio nectaris est simile, in effectu veneni
instar: ea voluptas impetuosa memoratur. Quae initio et in 39.
consequentibus voluptas fascinatio est animi, e veterno, in-
ertiae stoliditate orta, ea caliginosa nuncupatur. Non ullum 40.
exstat sive in terris, sive, altera ex parte, in coelo et inter
Divos ens, quod immune sit naturalium harum trium quali-
tatum. Brachmanarum, militum, opificum famulorumque, 41.
o hostium vexator, munera distributa sunt secundum qualitates
e cuiusque indole nascentes. Tranquillitas, continentia, pu- 42.
ritas, patientia, nec non rectitudo, scientia universalis et pe-
culiaris, fides rebus divinis habita: *haec sunt* Brachmanarum

शौर्यं तेजो धृतिर्दाक्ष्यं युद्धे चाप्यपलायनं ।
दानमीश्वरभावश्च क्षात्रं कर्म स्वभावजं ॥ ४३ ॥
कृषिगौरक्ष्यवाणिज्यं वैश्यकर्म स्वभावजं ।
परिचर्यात्मकं कर्म शूद्रस्यापि स्वभावजं ॥ ४४ ॥
स्वे स्वे कर्मण्यभिरतः संसिद्धिं लभते नरः ।
स्वकर्मनिरतः सिद्धिं यथा विन्दति तच्छृणु ॥ ४५ ॥
यतः प्रवृत्तिर्भूतानां येन सर्वमिदं ततं ।
स्वकर्मणा तमभ्यर्च्य सिद्धिं विन्दति मानवः ॥ ४६ ॥
श्रेयान् स्वधर्मो विगुणः परधर्मात् स्वनुष्ठितात् ।
स्वभावनियतं कर्म कुर्वन् नाप्नोति किल्विषं ॥ ४७ ॥
सहजं कर्म कौन्तेय सदोषमपि न त्यजेत् ।
सर्वारम्भा हि दोषेण धूमेनाग्निरिवावृताः ॥ ४८ ॥

43. munera, ex ipsorum indole nata. Virtus bellica, vigor, constantia, habilitas, statio in proeliis intrepida, liberalitas et imperatoria dignitas: *haec sunt* militum munera, ex ipsorum
44. indole nata. Agricultura, armentorum cura, mercatura: *haec sunt* opificum munera, ex ipsorum indole nata. Ministeriale munus quoque famuli est *proprium*, ex ipsius indole natum.
45. Suo qualicunque munere contentus consummationem impetrat homo. Suo munere contentus quomodo consummationem nan-
46. ciscatur, id nunc audi. Unde est origo animantium, a quo Universum hoc expansum, *hunc* suo *quisque* officio obeundo
47. veneratus, consummationem adipiscitur homo. Satius est suo officio, etsi deficientibus viribus, fungi, quam alienum offi-

असक्तबुद्धिः सर्वत्र जितात्मा विगतस्पृहः ।
नैष्कर्म्यसिद्धिं परमां संन्यासेनाधिगच्छति ॥ ४९ ॥
सिद्धिं प्राप्तो यथा ब्रह्म तथाप्नोति निबोध मे ।
समासेनैव कौन्तेय निष्ठा ज्ञानस्य या परा ॥ ५० ॥
बुद्ध्या विशुद्धया युक्तो धृत्यात्मानं नियम्य च ।
शब्दादीन् विषयांस्त्यक्त्वा रागद्वेषौ व्युदस्य च ॥ ५१ ॥
विविक्तसेवी लघ्वाशी यतवाक्कायमानसः ।
ध्यानयोगपरो नित्यं वैराग्यं समुपाश्रितः ॥ ५२ ॥
अहंकारं बलं दर्पं कामं क्रोधं परिग्रहं ।
विमुच्य निर्ममः शान्तो ब्रह्मभूयाय कल्पते ॥ ५३ ॥

cium accurate implere. Sua ipsius indole determinatum opus
peragens non incidit in peccatum. Connatum opus, Cunti- 48.
dis nate, quamvis cum culpa consociatum, ne quis deserat.
Omnia incepta mortalium nimirum culpa sunt involuta, sicuti
ignis fumo. Inambitiose animatus, undique se continens, 49.
nullo cupidinum stimulo incitatus, ad otii consummationem
summam abdicatione progreditur. Consummationem adeptus, 50.
quomodo Numen perinde adipiscatur, id ex me disce brevi
comprehensum, Cuntidis nate: qui finis scientiae summus
est. Mente pura praeditus, firma voluntate semet ipsum co- 51.
ërcens, sonos ceterasque sensuum perceptiones dimittens,
propensione et aversatione procul habitis, solitudinem petens,
levi victu utens, voce, corpore, animoque coërcitis, in con- 52.
templationis devotionem intentus, semper ad immunitatem ab
affectibus applicatus, qui sui fiduciam, violentiam, superbiam, 53.

ब्रह्मभूतः प्रसन्नात्मा न शोचति न काङ्क्षति ।
समः सर्वेषु भूतेषु मद्भक्तिं लभते परां ॥ ५४ ॥
भक्त्या मामभिजानाति यावान् यश्चास्मि तत्त्वतः ।
ततो मां तत्त्वतो ज्ञात्वा विशते तदनन्तरं ॥ ५५ ॥
सर्वकर्माण्यपि सदा कुर्वाणो मद्व्यपाश्रयः ।
मत्प्रसादादवाप्नोति शाश्वतं पदमव्ययं ॥ ५६ ॥
चेतसा सर्वकर्माणि मयि संन्यस्य मत्परः ।
बुद्धियोगमुपाश्रित्य मच्चित्तः सततं भव ॥ ५७ ॥
मच्चित्तः सर्वदुर्गाणि मत्प्रसादात् तरिष्यसि ।
अथ चेत् त्वमहंकारान्न श्रोष्यसि विनंक्ष्यसि ॥ ५८ ॥
यदहंकारमाश्रित्य न योत्स्य इति मन्यसे ।
मिथ्यैष व्यवसायस्ते प्रकृतिस्त्वां नियोक्ष्यति ॥ ५९ ॥

libidinem, iram, fastum expulit, sui commodi incuriosus,
54. tranquillus, *is* ad divinam conditionem conformatur. Numinis
consors, serenus, nec moeret nec desiderat; aequabilis erga
55. cuncta animantia mei cultum accipit summum. *E*o cultu me
cognoscit, quantus qualisque sim, penitus. Deinceps me
56. penitus cognito, adit me protinus. Is quoque, qui cuncta
opera continuo peragit, me fretus, meo favore nanciscitur
57. sedem in omne tempus futurum certam. Cogitatione cunctis
operibus in me depositis, mei studiosus, mentis devotione
58. fretus, mei contemplator semper esto. Me contemplans om-
nia discrimina meo favore traiicies; at vero, sin tu prae tui
59. fiducia me non auscultaveris, peribis. Quod, fiducia tui fre-

स्वभावजेन कौन्तेय निबद्धः स्वेन कर्मणा ।
कर्तुं नेच्छसि यन्मोहात् करिष्यस्यवशोऽपि तत् ॥६०॥
ईश्वरः सर्वभूतानां हृद्देशेऽर्जुन तिष्ठति ।
भ्रामयन् सर्वभूतानि यन्त्रारूढानि मायया ॥ ६१ ॥
तमेव शरणं गच्छ सर्वभावेन भारत ।
तत्प्रसादात् परां शान्तिं स्थानं प्राप्स्यसि शाश्वतं ॥६२॥
इति ते ज्ञानमाख्यातं गुह्याद्गुह्यतरं मया ।
विमृश्यैतदशेषेण यथेच्छसि तथा कुरु ॥ ६३ ॥
सर्वगुह्यतमं भूयः शृणु मे परमं वचः ।
इष्टोऽसि मे दृढमतिस्ततो वक्ष्यामि ते हितं ॥ ६४ ॥
मन्मना भव मद्भक्तो मद्याजी मां नमस्कुरु ।
मामेवैष्यसि सत्यं ते प्रतिजाने प्रियोऽसि मे ॥ ६५ ॥

tus, te non pugnaturum esse statuis, frustra est hoc propo-
situm tuum: natura te impellet. Proprio munere ex indole 60.
tua orto, Cuntidis nate, constrictus, quod non vis facere
errore ductus, id facies vel invitus. Dominus cunctorum ani- 61.
mantium in cordis regione, o Arjuna, consistit, cunctosque
animantes vehementer *in speciem* trepidare facit, *tanquam neu-
rospasta* machinae imposita, mirabili quodam artificio. Hunc 62.
igitur *tanquam* perfugium adi omni reverentia, o Bhârata:
huius favore summam tranquillitatem, stationem adepturus es
sempiternam. Sic tibi scientia tradita est a me, arcano ma- 63.
gis etiam arcana. Hac integra perpensa, quomodo tibi pla-
cet, ita facito. Omnium maxime arcanum amplius audi meum 64.

सर्वधर्मान् परित्यज्य मामेकं शरणं व्रज ।
अहं त्वां सर्वपापेभ्यो मोक्षयिष्यामि मा शुचः ॥ ६६ ॥
इदं ते नातपस्काय नाभक्ताय कदाचन ।
न चाशुश्रूषवे वाच्यं न च मां योऽभ्यसूयति ॥ ६७ ॥
य इदं परमं गुह्यं मद्भक्तेष्वभिधास्यति ।
भक्तिं मयि परां कृत्वा मामेवैष्यत्यसंशयः ॥ ६८ ॥
न च तस्मान्मनुष्येषु कश्चिन्मे प्रियकृत्तमः ।
भविता न च मे तस्मादन्यः प्रियतरो भुवि ॥ ६९ ॥
अध्येष्यते च य इमं धर्म्यं संवादमावयोः ।
ज्ञानयज्ञेन तेनाहमिष्टः स्यामिति मे मतिः ॥ ७० ॥

praestantissimum sermonem; scilicet tu mihi vehementer gra-
65. tus es: ideo effabor tibi *quod* salutare *sit*. Mihi mente de-
ditus esto, mei cultor; mihi lita, me salvere iube: me uti
66. que adibis. Verum tibi polliceor. Carus tu mihi es. Cun-
ctis religionibus dimissis me *tanquam* unicum perfugium se-
ctare: ego te ab omnibus peccatis liberabo. Noli moerere!
67. Hoc a te nec profano homini, neque irreverenti unquam,
neque contumaci est evulgandum, neque ei qui mihi obtre-
68. ctat. Qui hoc praestantissimum arcanum mei cultoribus tra-
det, summo honore mihi tributo, is me adibit sine dubio;
69. neque isto mortalium quisquam gratiora mihi faciet, neque
70. erit mihi isto alius quisquam carior in terris. Quique per-
leget hocce sanctum colloquium inter nos ambos, ab eo scien-
71. tiae sacrificio adoratum me esse existimabo. Quique fide
plenus homo sine obtrectatione id modo auscultaverit, is quo-

श्रद्धावाननसूयश्च शृणुयादपि यो नरः ।
सोऽपि मुक्तः शुभाँल्लोकान प्राप्नुयात् पुण्यकर्मणां ॥
कच्चिदेतच्छ्रुतं पार्थ त्वयैकाग्रेण चेतसा ।
कच्चिदज्ञानसंमोहः प्रणष्टस्ते धनंजय ॥ ७२ ॥

॥ अर्जुन उवाच ॥

नष्टो मोहः स्मृतिर्लब्धा त्वत्प्रसादान्मयाच्युत ।
स्थितोऽस्मि गतसंदेहः करिष्ये वचनं तव ॥ ७३ ॥

॥ संजय उवाच ॥

इत्यहं वासुदेवस्य पार्थस्य च महात्मनः ।
संवादमिममश्रौषमद्भुतं रोमहर्षणं ॥ ७४ ॥
व्यासप्रसादाच्छ्रुतवानेतद्गुह्यमहं परं ।
योगं योगेश्वरात् कृष्णात् साक्षात् कथयतः स्वयं ॥ ७५ ॥

que liberatus, faustos mundos eorum nancisceetur, qui piis operibus functi sunt. Num istud auscultatum a te, Prithae 72.
fili, in unum intenta cogitatione? num ignorantiae confusio discussa ex te, contemtor opum?

Arjunas *loquitur:*

Discussa confusio, recordatio est accepta a me tuo favore. 73.
Confirmatus sum, dubio diremto: exsequar sermonem tuum.

Sanjayas *loquitur:*

Tali modo habitum ego Vâsudêvae Prithidaeque magnanimi 74.
colloquium hocce audiebam, mirabile, pilorum horrorem efficiens. Vyâsae favore postquam audivi istud mysterium ego sum- 75.
mum, devotionem *nimirum*, devotionis principe ipso Crishna

राजन् संस्मृत्य संस्मृत्य संवादमिममद्भुतं ।
केशवार्जुनयोः पुण्यं हृष्यामि च मुहुर्मुहुः ॥ ७६ ॥
तच्च संस्मृत्य संस्मृत्य रूपमत्यद्भुतं हरेः ।
विस्मयो मे महान् राजन् हृष्यामि च पुनः पुनः ॥७७॥
यत्र योगेश्वरः कृष्णो यत्र पार्थो धनुर्धरः ।
तत्र श्रीर्विजयो भूतिर्ध्रुवाणीति मतिर्मम ॥ ७८ ॥

इति श्रीभगवद्गीता॰ मोक्षसंन्यासयोगो नाम अष्टादशो ऽध्यायः ॥ १८ ॥

॥ इति श्रीभगवद्गीता समाप्ता ॥

॥ शुभमस्तु सर्वजगतां ॥

76. coram enarrante, o rex, recordatus, denuoque recordatus colloquium istud mirabile Pulchricomi Arjunaeque, sanctum, gaudeo
77. quovis temporis momento. Istamque recordatus, denuoque recordatus formam, ultra quam dici potest, mirabilem Haris, stupore ingenti percellor, o rex, et gaudeo iterum iterum-
78. que. A qua parte *pugnat* devotionis dux Crishnas, a qua parte Prithae natus arcitenens, ibi Faustitas, victoria, principatus, cuncta ea stabilia. Sic stat sententia.

ADNOTATIONES

AD

BHAGAVAD-GITAM.

Bhagavad-gita, भगवद्गीता. Nomen hoc vulgo notum nihilominus explicatione eget: non cuivis primo adspectu eius rationem perspicuam fore puto. Est vocabulum compositum e classe *relativorum,* cuius primum membrum vim tertii casus assumit: भगवता गीता. — भगवत् est adiectivum latissimae significationis: *almus, sanctus, divinus, venerandus;* quod tum Diis, tum hominibus quoque, praecipue Brachmanis et anachoretis, honoris caussa tribuitur. Manus Dh.-S. Lect. I, 2. Ram. I, c. III, 6. 30. c. VIII, 6. c. IX, 46. et saepius. Sed substantivi vice usurpatum in nomen proprium Crishnae fere abiit. Inde dictum श्रीभागवतपुराण, carmen de Crishnae rebus gestis. Narratur colloquium, quod Crishnas et Arjunas pedestri sermone habuisse censentur. Neminem fugit, hoc carmen, veterum gnomicorum et epicorum stilo conscriptum, non ita ad cantum et modos musicos accommodatum esse, quemadmodum ex. gr. drama istud lyricum, *Gîta - Gôvinda* inscriptum, de Crishnae pastoris et Râdhae amoribus. Cur igitur गीत? Scimus quidem, quod et ipsa Râmeïs testatur (*Râmây.* I, c. IV, passim) carmina epica olim cum cantu memoriter esse recitata. At hoc de rhapsodis valet, ad personas, quarum colloquia exprimuntur, referri nequit. Sciendum est igitur, verbum गै eodem sensu adhiberi, quo apud Latinos vates oracula *cecinisse* dicuntur. Facilis inde transitus fuit ad omnia, quae de rebus absconditis quasi divinando ac numinis instinctu aliquis docet. Ipse poëta noster vocabulo गीत utitur de parte theologica et philosophica *Vedorum,* quae ne metro quidem adstri-

cta est. Lect. XIII, 4. Unde denique femininum, quum nomen generale carminum, काव्य, sit generis neutrius? Intelligi debet उपनिषद्, quod et in titulis ad finem lectionum appositis expressum legimus, sed plurali numero: भगवद्गीतासूपनिषत्सु. Similiter in sententia, quam Srîdharasvâmin citat e carmine (गीतामाहात्म्यं) in laudem Bhagavad-gîtae composito:

गीताः सुगीताः कर्तव्याः किमन्यैः शास्त्रविस्तरैः ।
याः स्वयं पद्मनाभस्य मुखपद्माद्विनिःसृताः ॥

„Cantiones hae sedulo sunt decantandae, quippe quae ex „ipsius Lotomphali ore loti instar florido prodiere; quid „opus est cetera librorum prolixitate? Ubi tamen cod. Berol. singularem habet. Ceterum unde conflatum sit vocabulum istud celebratissimum उपनिषद् facile quidem perspicitur; sed haud scio, an veram eius rationem viri docti tradiderint. Verbum षद् cum praepositione नि, significat *considere*; altera praepositio addit notionem inferioris loci. Sic उपविष्ट est is qui consedit; उपोपविष्ट, circa quem alii inferiore loco consederunt. Ram. I, c. IV, 26. Ad litteram igitur उपनिषद् est actus inferiore loco considendi, sicuti discipulum coram magistro sedere decet. Et plerumque *Upanishades* ita sunt comparatae, ut discipulus aliquis a magistro sapiente reconditiora de rebus divinis edoceatur. Attamen non miror, seriores interpretes in vocabulo tam simplici mysterium nescio quod quaesivisse. Quum autem *Upanishadis* titulo carmen hoc Vedis quodammodo aequiparetur, poëtam ipsum id sibi arrogasse vix crediderim. Protulit doctrinam suam sub specie episodii, quod felici commento Bharateae intexuit.

* Meditationem piam, (ध्यानं) in editione Calcuttana et in codicibus manuscriptis plerisque praemissam, consulto omisi. Apparet enim, eam non ab ipso auctore profectam, sed tunc demum additam, quum eius opus iam ingentem

sanctitatis famam adeptum esset. Neque, ut verum dicam, ea tam sublimi carmine satis digna est. Mirum sane, et huic libro, qui omni superstitioni adversatur, superstitionem adhaesisse. Etenim commendantur versus nonnulli e Bhagavadgîta excerpti, tanquam precationum formulae, ad coronam precatoriam e globulis vel baccis concinnatam leni murmure recitandae, (मालामन्त्रः) dum Crishnae imago per singulas partes adoretur; et formulis hisce mirifica quaedam vis tribuitur: quanquam poëta ubique doceat, summum numen mente sola vere coli posse, et hunc cultum universis caeremoniis esse longe praestantiorem. Abest Meditatio a Cod. A., et substituitur ei brevis praefatio in commentarium. —

LECTIO I.

Lectio I. प्रथमोऽध्यायः । Minores divisiones carminum epicorum सर्ग dicuntur; अध्याय est vocabulum proprium in libris, quibus disciplina aliqua traditur. Ex. gr. Manús leges, Pâninis aphorismi, distribuuntur in *lectiones*.

* ॐ । Monosyllabum mysticum posui ante sermocinantis personam, ut editio Calcuttana. Codd. A. et D. illud plane omittunt, Codd. B. et C. in singularum Lectionum exordio repetunt, et initio primi versus collocant. Hoc minus commode quidem. Turbatur enim metrum, et in errorem induci possit lector, quasi *Dhritarâshtras* sermonem suum inde ordiatur. Tenendum est, istud vocabulum non ad ipsum carmen pertinere, sed reverentiae caussa adscribi, ut moneatur lector, hunc librum esse sacrum, ad cuius lectionem mens praeparari debeat tacita nominis sanctissimi meditatione. —

Dist. 1. धर्मक्षेत्रे कुरुक्षेत्रे. V. Cl. Wilso in lexico suo utrumque idem esse statuit, nimirum planitiem circa urbem hodie *Delhi* dictam, quam falso antiquam Hastinapuram esse autu-

maut: haec enim ad Gangem sita fuit. Cf. Ram. L. II, c. LVIII, 13. et *Lassenii Pentapotamia*, p. 82. Mihi videtur prius vocabulum ampliorem terrae ambitum designare, ita ut Curûs ager sit pars quaedam agri sancti. Qua in opinione me confirmat Manûs auctoritas, praeter Curûs ditionem tres alios populos sub communi aliquo nomine enumerantis. Dh. - S. Lect. II, 19:

कुरुक्षेत्रं च मत्स्याश्च पंचालाः शूरसेनकाः ।
एष ब्रह्मर्षिदेशो वै ब्रह्मावर्तादनन्तरः ॥

„*Curûs ager, Matsiique, tum Panchâli et Sûrasênaci: haec* „*sapientum theologorum terra comprehenduntur, quae* Brach„manis *regioni est contermina.*" Probabile fit, eandem Indiae partem tum a theologorum sapientia, tum a religionum cultu nomen traxisse. Schol. धर्मक्षेत्रे धर्मभूमौ । nihil amplius. In rebus geographicis frustra plerumque a scholiastis auxilium exspectatur.

11. *Bhíshmae opem ferunto*, i. e. recte monente Srîdharasvâmine, caveant ne, dum nimis audacter in hostes irruit, alii eum a tergo adoriantur, siquidem prosperus belli eventus ab eius salute pendet.

12. *b. Grandaevus Curuidarum progenitor.* Is ipse est Bhîshmas, qui ultimis Duryodhanae verbis gaudet.

Ibid. *c.* सिंहनादं । Ne quis poëtam nimiae magniloquentiae arguat, moneo, hanc dictionem de clamore bellico usu receptam fuisse. Am. Co.: क्ष्वेडा तु सिंहनादः स्यात् ।

Ib. *d.* Conchis, tortilibus nimirum, utebantur pro buccinis, quarum formam in Vishnûs sigillis cernere licet. More heroïco hae conchae nominibus propriis celebrantur.

14. श्वेतैर्हयैः । Nota usum quadrigarum. Etenim, si de bigis sermo esset, dualis postulabatur.

15. पांचजन्यं । Ita dictam volunt buccinam a Crishna inflatam, quia ex ossibus gigantis devicti Panchajani sit con-

fecta. At Amarasinhas (I, cap. I, sect. I, sl. 23.) idem nomen tribuit Vishnûs buccinae, quae sane, lapide sive aere expressa, conchae naturalis speciem prae se fert.

Ibid. *d.* भीमकर्मा वृकोदरः । Is est supra memoratus Bhîmas, Bhîmasênas quoque dictus, Pânduidarum agminis dux. Poëta nomini omisso ingeniose substituit epitheton, a sono non multum abludens, et moribus heroïs accommodatissimum. Cf. Ind. Nom. pr.

19. *d.* व्यनुनादयन् । Schol. प्रतिध्वनिभिरापूरयन्, *sono repercusso implens* coelum terramque.

20. *b.* कपिध्वजः । Vexilla in curribus erecta gerere solebant antiqui Indorum heroës. Inde cognomen.

21. * Binis huius distichi versibus in ed. Calc. interponuntur vocabula: अर्जुन उवाच । quae absunt ab omnibus codicibus Parisinis, et quibus commode carere possumus. Hoc enim loco ex more epico sermo ab Arjuna habendus diserte declaratur; in reliquo autem carmine personarum nomina ponuntur ad dramatis modum extra versuum tenorem. —

21. *c. d.* रथं स्थापय । Ipse Crishnas, amico favens, aurigae munus susceperat.

23. *a.* अवेक्षे. Cf. cum निरीक्षे paullo supra posito: apparebit inde discrimen. Verbum ईक्ष् cum praepositione निर् significat, accurate et singulatim dispicere, (*Ram.* I, c. II, 11. *Manu.* IV, 38.) cum praepositione अव plerumque e longinquo prospicere. Cf. Ram. I, c. III, 6. c. VII, 5. Hit. II, 56. Hic cum futuro iungitur, quod oculis cerni nequit; ad intellectum itaque est transferendum. Interdum अवेक्षे significat *respicio*, *attendo ad aliquid.* Bh.-G. II, 31. et XVIII, 25.

25. *a.* प्रमुखतः । Schol. संमुखे. Recte. Plerumque enim प्रमुख significat eum qui in fronte agminis incedit, quum omnes eodem tendunt. Cf. Bh.-G. II, 6. et Ram. I, c. I, 34. Hic autem Arjunas consistit coram hostium ducibus, अभिमुखः, obversa facie.

30. *a.* गाण्डीवं hic neutro genere positum, masculinum aeque bene admittit, quia et ipsa substantiva, quae subintelligenda sunt, धनुस्, चाप, alia, ad utrumque genus aut alterutrum referuntur. Variat quoque quantitas penultimae. Am. Co.:

कपिध्वजस्य गाण्डीवगाण्डिवौ पुंनपुंसकौ ।

Gândîvus est nomen arcus, quem Arjunas ab Indra patre acceperat, de cuius virtute mira narrantur.

31. *u. b.* निमित्तानि । Amarasinhas inter नानार्थाः i. e. *πολυσημαντικὰ* huic voci duplicem significationem *caussae* et *signi* tribuit: निमित्तं हेतुलक्ष्मणोः । Hic autem est signum futuri exitus, *omen.* Dubitabat Vir ill. nostrorumque studiorum fautor, *Guilelmus a Humboldt*, (Ind. Bibl. II, p. 223.) utrum hoc proprie intelligendum esset de ominibus ab Arjuna visis, an per translationem. Scholiastes: विपरीतानि निमित्तानि । अनिष्टसूचकानि शकुनानि । quo nihil definitur. Nam masculinum शकुनः avem significat; sed neutro genere positum, ut hic, omina cuiusque generis. Cf. Med. Co. नान्तवर्गे, 138 et 139. Vulgatam fuisse inter Indos auguriorum superstitionem e Râmeïde discimus. Cf. I, c. LXXIV. Describitur congressus mirabilis Râmae Jâmadagneii cum Râma Dasarathida, quem praenuntiant Dasarathae *volucres horrendae undique vocibus obstrepentes*:

घोराः स्म पक्षिणो वाचो व्याहरन्ति समन्ततः ।

Quo facto Vasishthas fatorum gnarus declarat, *imminere pe-„riculum horrendum, e divinarum volucrum ore emissum:*

उपस्थितं भयं घोरं दिव्यपक्षिमुखाच्च्युतं ।

Haec sunt oscinum auguria; de praepetibus nihil me legere memini. Credibile tamen est, Indos alitum volatum quoque observasse, siquidem idem Vasishthas ex occursu ferarum silvestrium versus dexteram aliquid fausti auguratur. Fieri sane potuit, ut vultures, corvi, aliaeque volucres, quae cadavera depascere solent, circum agmina volitarent. Sed quum Ar-

junas post conspectos demum cognatos auspicia memoret, eadem mente dictum id accipiendum esse videtur, qua in contrariam partem, magnanimum illud Hectoris:

εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Scilicet contra cognatos pugnare, quia nefas, est omen omnium infaustissimum.

34. Quae hic et paullo ante, Dist. 26 et 27, de cognatis dicuntur, quos Arjunas inter Curuidas conspiciebat, non nimis sunt urgenda. Multa enim cumulat poëta sub Sanjayae et Arjunae persona, ut miserationem augeat. Pândûs et Dhritarâshtrae filii erant fratres patrueles; Drônas utrorumque fuerat magister; Bhîshmas, patruus magnus, avi loco habetur; Carnas erat Arjunae frater uterinus; Drupadas eiusdem socer; Drupadae filius Drishtadyumnas Arjunae ceterorumque Pânduidarum levir. — Vocabulum hocce *levir* referri debet ad graecum δαήρ, e quo sine dubio digamma excidit. Homer. Il. VI, 344. δᾶερ (*ΔΑFΕΡ*) ἐμεῖο. Hoc autem mire conspirat cum Sanscrito देवृ, qualis similitudo in aliis quoque cognationis nominibus observatur. Lexicographi *levirum* ad secundae declinationis normam flectunt, haud scio an satis firma auctoritate freti: nusquam enim vocabulum hoc parum usitatum in casu obliquo legitur, ne apud iuris consultos quidem; et Priscianus nihil definit. Ex analogia tertiam declinationem potius exspectes. Differt autem देवृ a श्याल; ille est mariti frater, hic uxoris. Quam accuratam Amarasinhae distinctionum confirmat noster, dum श्याल ponit: designatur enim Drupadidis frater. Scribitur etiam cum sibilo dentali. In श्वशुर nihil variat scriptura, at, si comparationi linguarum fidem habemus, ipsa lingua Sanscrita a recto tramite aberravit. Dudum observaveram, in vocabulis sibi invicem respondentibus, ubicunque lingua Sanscrita sibilum palatalem श habet, apud Graecos et Latinos gutturalem κ, c, eius loco poni. *Ind. Bibl.* I, p. 322. Quod

in secunda syllaba huius eiusdem vocis confirmatum videmus. Conspirant inter se Latinum *socer* sive *socerus*, Graecum ἑκυρος, quod aetate Homerica *ΣFEKFYPOΣ* pronuntiatum fuisse ipsa res clamat; (Il. III, 172.) denique Gothicum *SVAIhRS.* Lingua Gothica enim adspiratam cuiusque ordinis consonantium tenui, quam Indorum, Graecorum et Latinorum lingua exhibet, substituere solet. Adde श्वश्रू et *socrus.* In utriusque vocis Sanscritae prima syllaba sibilus dentalis palatali loco cessit. Aliter evenit in voce स्वसृ, Latine *soror*, olim *sosor.*

36. *d.* आततायिनः । Hoc nomen sex scelerum genera complectitur, versu memoriali enumerata:

अग्निदो गरदश्चैव शस्त्रपाणिर्धनापहः ।
क्षेत्रदारापहारी च षडेते आततायिनः ॥

„*Incendiarius, veneficus, sicarius, latro, agri invasor,*
„*uxoris raptor: hi seni facinorosi appellantur.*“ Quae omnia scelera Duryôdhanas eiusque fratres, monente Srîdharasvâmine, contra Pânduidas admiserant.

43. *c. d.* जातिधर्माः कुलधर्माश्च । Prius, quod Scholiastes per वर्णधर्माः explicat, est genus; alterum species. At nimis subtiliter addit commentator, coniunctione copulativa diversarum vitae stationum officia quoque comprehendi: चकाराद् आश्रमधर्मादयोऽपि गृह्यन्ते । Etenim quae Manus de discipuli, patrisfamilias et anachoretae officiis praecipit, ea magna ex parte ad solos Brachmanas spectant. Non minus quam Indorum, ius publicum veterum Romanorum abhorrebat a coniugiis promiscuis inter eos, quibus nullum antea fuerat connubium, et a colluvione gentium inde orta. Querebantur Patricii, rogatione Canuleii de connubio Patrum et plebis *omnia divina humanaque turbari, ut, qui natus sit, ignoret, cuius sanguinis, quorum sacrorum sit.* Liv. IV, c. 1, 2.

47. Ad hoc distichon et proxime sequentia, tum ad

Lect. XI. luculenter alludit Dhritarâshtrae Sermo, *Dist.* 41, in Chrestom. Franck., unde patet, Bhagavad-Gîtam iam tunc scriptam fuisse, quum splendidum istud vaticinium exordio Bharateae additum est.

* *Titulum* in fine lectionum appositum semel exhibui qualis ubique legitur in ed. Calc. et Codd. B. C. D. — Cod. A. per compendium:

इति श्रीभगवद्गीता° अर्जुनविषादो नाम प्रथमोऽध्यायः ॥

et sic in sequentibus. Amant verbosas laudationes in eiusmodi titulis Indorum litterati. Ambigi autem potest, utrum divisio in Lectiones ab ipso auctore sit facta. Singularum utique nominibus haud magnam tribuerim auctoritatem. —

Cod. Berol. pleniorem etiam quam ceteri titulum habet. Praemittit enim, legi carmen nostrum in Bharateae libro, cui *Bhîshmae* nomen inscriptum est: इति महाभारते शतसाहस्र्यां संहितायां वैयासिक्यां भीष्मपर्वणि, etc.

Re accuratius perpensa divisionem in lectiones ipsi auctori tribuere malim. Saepius quidem Crishnae sermo ultra lectionis finem continuatur, ita tamen, ut novum argumentum ordiri eum sentias. Nomina capitum vero importunam grammaticorum sedulitatem sapiunt. Torserunt se, ut ubique vocabulum योग affigerent, quod plerumque παρέλκει; et parum respondent nomina argumentis.

LECTIO II.

2. *a.* त्वा pro त्वां plerumque in metri gratiam ponitur, ut elisa littera nasali vocalis cum sequenti coalescere possit. Hic metri nihil intererat, utra forma eligeretur: attamen constans est lectio. — कश्मल a VV. Cl. Wilsone et Haughtone s. h. v. communi errore ad masculinum trahitur, quum sit

neutrum, quando substantivi vice fungitur, auctore Am. Sinha. *Ed. Col.* p. 208, sl. 78.

4. *c.* योत्स्यामि। Verbo युध solam medii formam tribuunt ambo lexicographi Angli, Câsinâthum fortasse secuti, qui litteram indicatoriam ङ radici apponit. Quod et naturae huius verbi consentaneum videtur, est enim अकर्मकं. At usum activi tuetur gravissima Manûs auctoritas. VII, 192:

स्यन्दनाश्वैः समे युध्येदनूपे नौद्विपैस्तथा।

Quem versum in *Hitôpadêso* repetitum legas, L. III, Dist. 81. Ibidem in Dist. 77. e codicibus युध्यति restituimus, quod editores Sriram. et Londin. e coniectura, ut videtur, in युध्यते mutaverant. Raro enim in eo peccant librarii, ut formam minus consuetam vulgari substituant. Hoc in loco quidem praemissa praepositione प्रति verbum युध transitivi vim assumit, et accusativum regit. Sed poëta noster simplex quoque semel eodem modo declinavit. VIII, 7. Ceterum haec licentia in usu activi ad archaïsmum (आर्ष) pertinere videtur; saltem exempla e recentioribus poëtis petita mihi non sunt in promptu.

5. *c. d.* Scholiastes primo अर्थकामान् cum भोगान् coniungere tentat, quam constructionem tum sensus, tum ipse verborum ordo respuit; sed mox in rectum tramitem redit.

* 6. *a. b.* Hic versus ad viginti quatuor syllabas excurrit, quum et versus distichi eiusdem alter, et reliqui omnes huius metri, quo poëta utitur, quotiescunque impetu lyrico altius exsurgit, viginti duabus syllabis finiantur. Idem mendum, vetus sine dubio, Codd. Paris. insedit. Igitur nihil muto. Alioquin medela in promptu foret, primo नो expuncto, et pro यदि वा substituto अथ वा, quod idem valet:

न चैतद्विद्मः कतरं गरीयो यद्वा जयेमाथ वा नो जयेयुः।

Ita prodit versus legibus suis adstrictus. —

Re vera non est mendum. Exigebam metrum ad exemplar versuum monoschematicorum, qui clausulis capitum in

Rameïde apponi solent. Sed liberius evagatur poëta noster, et aliquantum diversa est ratio versuum longiorum in Bharatea. Certissima horum est regula, ut singula hemistichia in ditrochaeum vel secundum epitritum exeant. Hanc ipsam tamen, hic non infractam, semel violatam videbimus.

7. *d.* शिष्य: । Proprie Arjunas se discipulum Crishnae, cuius erat aequalis et familiaris, dicere non poterat; sed rogat eum, ut sibi praecipiat, quid sit faciendum, quod est officium magistri. Recte igitur Schol. शासनार्हः ।

10. *b.* प्रहसन्निव. Schol.: प्रसन्नमुखः सन् । Particula इव hic posita est ईषदर्थे. Cf. *Lassenii* nostri adnot. ad Hitop. IV, dist. 93. — Intuetur Crishnas Arjunam cum mixto quodam sensu caritatis erga amicum, et admirationis propter magnanimam indolem, quam ille sermone suo, quamvis perturbato, prodiderat; ridet autem, praevidens turbas hasce mox rerum veritate perspecta sedatum iri.

13. *b.* In hac divisione vitae humanae in tres duntaxat aetates, prima eorum कौमारं, necessario pueritiam quoque amplectitur, altera, यौवनं, adolescentiam simul, et virilis aetatis vigorem. In *Hitóp.* I, 113. legitur eadem divisio, sed ad sexum muliebrem accommodata. Extenditur ibi prima aetas usque ad id tempus, quo puella fit nubilis.

* 14. *c.* आगमापायिनोऽनित्याः । Ed. Calc. omittit aphaeresis notam cum gravi perspicuitatis damno. Etenim littera sonora, unde incipit नित्य, eandem spiritus finalis praecedentis conversionem quum effectura fuisset, non prodit elisionem अ privativi, quo sententia carere nequit. Codices ubique fere negligunt aphaeresis notam; necesse est itaque rite interpretando eam supplere, quod saepius feci. Et in hoc quidem loco clarissimus Carolus Wilkins nobiscum sentit, egregie vertens: *which come and go, and are transient and inconstant.* —

Similiter et Scholiastes, nec dubia res est. Liceat mihi, hac occasione oblata, tollere mendum, quod in eadem hac voce utramque praestantissimam *Manûs* legum editionem, Londinensem et Parisinam, insedit. I, 50.

घोरेऽस्मिन् भूतसंसारे नित्यं सततयायिनि ।

Quod si ita scribitur, नित्यं pro adverbio erit accipiendum, unde tautologia nascitur intolerabilis. Quid enim interest inter नित्यं et सततं? Porro यायिन् carere nequit accusativo, terminum quo pergatur indicante. Appone igitur initio secundi hemistichii aphaeresis notam et verte: »*In terribili hoc animantium turbine, ad interitum continuo properante.*« Saepe अनित्यं fit substantivum, et significat instabilem rerum conditionem. Cf. *Hitôp.* I, 42. Formatur quoque inde abstractum अनित्यता; *Hitôp.* IV, 61. Bhartrihar. *ed. Bohlen. Cent.* III, 80, *d.*

18. शरीरिणः est genitivus singularis, qui, quatenus ad formam, nihil differt a nominativo pluralis. Fateor me non plane expedire hanc constructionem. Primum hemistichium totum ad subiectum pertinet; उक्ताः copulae vice est positum; sed deesse videtur in praedicato nominativus, unde pendeat genitivus ille. Num forte vocabulum देह bis intelligendum est, prima vice secundum usum vulgatum, altera vice cum significatione, quae a radice दिह्, *contaminare*, ei inhaeret, ita ut poëta ingeniose ludat in etymo vocis? *Mortalia haec corpora nihil aliud sunt quam μιάσματα spiritus cum illis coniuncti.* Hanc veram substantivi देह originationem esse statuo. Câsinâthus quidem verbo significationem *accumulandi* tribuit, उपचये, sed usu plane non confirmatam. Nam participium दिग्ध semper, quod sciam, est *unctus, pollutus, contaminatus.* Sic paullo supra प्रदिग्ध, II, 5. Inde translate संदेह, quia dubitatio est turbidus mentis status.

22. c. *d.* Nota in ipsa caesura vocem जीर्णानि disyl-

labam, ultima vocali in semivocalem suam conversa, ita ut vix sine vocalis sequentis ope pronuntiari possit. Quod durinsculum, quandoquidem, etsi caesura coniunctionem litterarum non tollit, plerumque tamen cura adhibetur, ne vocabula integra, pronuntiationis quadam necessitate, in bina versus membra distrahantur. Ceterum nulla labis est suspicio in disticho nobilissimo. —

Satis frequentes sunt eiusmodi hemistichiorum clausulae in libris, qui nihil poëticae artis habent praeter metrum, ex. gr. in Amarasinhae Glossario. Excusantur ibi necessitate verba certa versu memoriali includendi. Sed admodum raro observavimus hanc licentiam apud veteres epicos et gnomicos; et si quando eiusmodi clausula in particulam exit, nascitur suspicio eam a grammaticis hiatus vitandi gratia fuisse intrusam. Habes rei exemplum in *Manûs* Codice IV, 95. et V, 31. Utrobique particula in unam syllabam contracta sine sensus damno eiici potest, integro manente syllabarum numero.

* 27. Integrum hoc distichon mutuatus est auctor carminis a *Vâlmîce*. Cf. Ramay. II, cap. LXI, 22. —

Remittebam lectorem ad editionem Srîrâmapurensem, quae tunc sola exstabat. Scilicet sic scripseram, nondum excussis Râmeïdos codicibus. Non legitur hoc distichon in ea carminis recensione, quam commentatores curarunt, quorum auctoritatem plerumque secutus sum, ideoque frustra hanc sententiam in editione nostra quaesiveris. Locus est in Libro II, cap. LXXVII, post dist. 21., ubi textus Bengalicus longe diversa habet. Nunc potius dicendum erit, criticos Bengalicos distichon, de quo agitur, e poëta nostro inseruisse. Adde et hoc indiciis, quibus ductus iudicavi, textum, qualem commentatores exhibent, antiquiorem esse et magis genuinum.

29. *b*. Excurrit et hoc hemistichium in duodecim syl-

labas, iisdem plane numeris, quos vidimus huius capitis sl. 6, *b.*:

— — v — v v v v — v — v |

Cf. ibi adnotata.

34. *c. d.* *Generosi autem viri infamia est ipsa morte gravior.* Verteram olim: *ultra obitum porrigitur*, in qua interpretatione mecum faciebat *V. Cl. Wilkins.* Utrumque satis accommodatum est ad loquentis consilium, agitur modo de ratione grammatica. De verbo composito अतिरिच्यते docte et acute disputarunt Vir Ill. *Guil. a Humboldt* (Ind. Bibl. II, p. 254.) et *Lassenius* in Comment. ad Hitôp. p. 24. Semper id quidem significat *exsuperare*, *praevalere*, *praepollere*, sed variis modis construitur. Interdum absolute sine ullo casu. Ex. gr. Hitop. I, 157. दैवमत्रातिरिच्यते, *fatum hac in re praepollet.* Similiter ibidem I, 15. Ad eundem loquendi usum referenda est *Manûs* sententia, XII, 25.; casus adiecti enim comitantur modo verbum, non ab eo reguntur. Interdum cum ablativo rei, quam subiectum verbi exsuperat, ut in Hitôp. IV, 129. Sic Bhartriharės (*ed. Sr.* p. 37., *ed. Bohlen. Cent.* I, 74.) de puella amata dicit:

चक्षुःपथादपगता विषादप्यतिरिच्यते ।

quando ex oculorum conspectu abiit, vel veneno peior est; eodem plane verbi usu, quo poëta noster id adhibuit. Ablativum a comparatione, quae ipsi verbo inest, pendere recte monet Lassenius. At regit quoque accusativum rei exsuperatae, cum casu instrumentali facultatis qua quid praestat. Man. Dh. S. II, 141, et Ramay. I, c. XVI, 14. ubi praeterea ablativum habes. Lassenius accusativum istum e praepositione अति explicabat. Recte sane, quatenus haec praepositio verbis mediis et intransitivis facultatem accusativum regendi, सकर्मकत्वं, impertit. Sic वर्तते, अतिवर्तते. At in passiva hoc non cadit. Grammatici, qui catalogos radicum concin-

narunt, verbum रिच् ad primam et septimam coniugationem restringunt. Quibus si fidem habemus, रिच्यते necessario pro passivo erit accipiendum. Mihi potius videtur esse medium quartae coniugationis. Nec participium praet. pass. cum hac praepositione quidquam passivae significationis habet. Am. Sinh.: अतिरिक्तः समधिकः । Apud *Manum* IV, 141. अतिरिक्ताङ्गः dicitur, qui membra numerum excedentia habet. — Nunc ad sententiam poëtae redeo. Cessi scholiastae, qui interpretatur: अधिको भवति. Cessi, inquam, quia nondum inveni hoc verbum de diuturnitate usurpatum.

35. *c. d.* Inest huic versui *ἀνακόλουθον* quodammodo. Sunt enim binae sententiae: prior terminatur voce भूत्वा, initio alterius supplendum est तेषां. At nulla sententia solius *absolutivi* ope completa est; aliud verbum requiritur. Facilem et elegantem coniecturam suppeditabat Lassenius: ऽभ्युद्गा-यास्यसि; possit etiam quis substituere initio versus एषां, *δεικτικῶς* dictum de proceribus utriusque exercitus. Sed contra consensum codicum nihil mutandum censui.

39. *a. b.* Ex opposito साङ्ख्य patet, quo sensu multiplex istud vocabulum योग hic sit accipiendum. De utraque philosophorum schola cf. Ind. Verb.

Ib. *c.* *O Princeps.* Rescribe: *Prithae fili.* Agnoscit quidem V. Cl. Wilso priorem significationem vocabuli पार्थ, sed in Bh. G. semper est matronymicum a पृथा deductum. Nec decet familiaritatem inter Crishnam et Arjunam allocutio per titulum regium prolata.

42 — 44. Paullo intricatior est constructio, tertio demum disticho ad finem perducta, quales verborum ambitus गुम्फकानि dicuntur. Id quidem consuetum est et solenne in lingua Sanscrita, ut initium fiat a pronomine relativo, cuius ope apodosis cum priore sententiae parte connectitur. Sed hic pronominum invicem sibi respondentium neutrum est

subiectum; ambo in diversis casibus obliquis ponuntur: यां — तया, qui casus a duplici verbo pendent; et ita quidem ut alterum, cuius passivum regit instrumentalem, in epitheto composito अपहृतचेतसां lateat. Totius periodi subiectum est बुद्धिः. Sic resolve: न विधीयते — — बुद्धिस्तेषां येषां चेतोऽपहृियते तया वाचा यां — — प्रवदन्त्यविपश्चितः। His rite constitutis, facile erit singula adiectiva, quorum alterna collocatione poëta concinnitatem quandam affectavit, ad substantiva sua referre. — यामिमां। Elegans est et emphasin quandam habet coniunctio haec pronominis relativi vel personalis cum demonstrativo, vel duorum etiam pronominum demonstrativorum. Subiungit autem poëta h. l. इदं, quia nondum dixit qualis sit ista oratio. Inter demonstrativa videlicet hoc pronomen aut δεικτικῶς fere ponitur, aut ad sequentia spectat; एतद् contra ad praecedentia. — पुष्पितां। Opponitur florida oratio vere fructuosae. Optime Scholiastes: आपातरमणीयां। Nimirum flores per breve tantummodo tempus grati sunt, donec marcescant et decidant. Vulgo notus est usus praepositionis आ cum ablativo, ad indicandum *terminum ad quem* sive *a quo*; minus frequenter, sed aeque legitime, eadem eodem sensu cum nomine sine casus nota ad indeclinabilia formanda coniungitur, (ex. gr. Ram. L. II, c. XVI, 20., cf. Panin. L. I, P. IV, §. 89. et L. II, P. I, §. 13.) quale est hoc आपातं, abiecta nasali compositioni accommodatum. — Insipientes vocat poëta homines, qui omnia in Vêdis dicta, ad litteram accepta, vera esse statuebant. Multis vero Vêdorum sententiis docetur, meris caeremoniis et rituum observantia felicitatem aeternam obtineri posse, quales sunt a Sridharasvâmine laudatae: अक्षय्यं ह वै चातुर्मास्ययाजिनः सुकृतं भवति। *Inexhaustum sane est meritum eius, qui quarto quovis mense sacrificium perficit.* — अपाम सोममसृता अभूम। *Bibimus succum asclepiadis acidae, immortales facti sumus.* Hanc autem vitam apud Superos

tanquam variis sensuum deliciis affluentem describebant. — *Neque ultra quidquam dari affirmantes.* Negabant nimirum iidem homines निर्वाणं, intimam istam cum numine coniunctionem, qua omne cum rebus corporalibus commercium tollitur. — जन्मकर्मफलप्रदां। Scholiastes tria priora huius vocabuli membra per copulationem explicat: जन्म च तत्र कर्माणि च तत्फलानि च प्रददातीति। Equidem arbitror कर्मफल esse compositum *relativum* (तत्पुरुष) sicuti paullo infra, 47, *c.*, praecedenti appositum. Vulgata est haec Indorum doctrina, post meritum piorum operum exhaustum reverti quidem beatos in vitam mortalem, sed insignes natales iis concedi, unde porro nova spes futurae salutis nascatur. Cetera ex interpretatione latina satis perspicua fore spero. Operae pretium erat, accuratius haec disticha enucleare, quia maximi sunt momenti ad doctrinam poëtae recte intelligendam.

45. *a.* त्रैगुण्य. De tribus qualitatibus, per universam naturam diffusis, quas collectivum hoc per excellentiam complectitur, copiose disserit poëta, L. XVII, et *Manus* XII, 24 — 50. Similiter formatum vocabulum षाड्गुण्य ad facultates longe diversas refertur. — त्रैगुण्यविषया वेदाः। Acerrima his verbis inest *Vêdorum* vituperatio. Enimvero iure exspectatur, in libris, qui numinis afflatu scripti creduntur, nil nisi vera et bona doctum et praeceptum iri. At poëta *Vêdos* mixti argumenti esse et pravis affectibus interdum lenocinari affirmat. Ad secundam qualitatem, *impetum*, sine dubio vult referri spem ostentatam, cultu deorum opes et dominationem, tum in hac vita, tum in futuro aliquo statu obtineri posse; ad tertiam, *caliginem*, superstitiones malignas, quales sunt ritus magici, inimicos exscindendi caussa suscepti. — निस्त्रैगुण्यः। Quomodo quis non solum caliginosam et impetuosam qualitatem, sed essentialem quoque exsuperare possit, docetur in sequentibus. — निर्द्वन्द्वः। Vocabulum द्वन्द्व duplicem

vim habet binas res aut copulandi, aut invicem sibi opponendi. Inde est *rixa, contentio, certamen.* Hitop. III, 32. 34, Hic significat: सुखदुःखशीतोष्णादियुगलानि । *voluptatem et dolorem, frigns et calorem,* ceteraque id genus. Quae quidem vitari nequeunt in conditione mortali, sed Stoicorum more *ἀταραξία* commendatur. — नित्यसत्त्वस्थः । Cave ne, quod mihi olim acciderat, सत्त्व pro prima et praestantissima qualitatum naturalium accipias, alioquin poëta, qui paullo ante dixerat: निस्त्रैगुण्यो भव, sibimet ipsi non constaret. Est potius, ut saepe, *firmitas, robur, mens sana in corpore sano.* Expressi Scholiasten: धैर्यमत्रलक्ष्य. — योगक्षेम est dictio e iure civili et re mercatoria desumpta. Inter varias eius significationes a Wilsone et Haughtone allatas, huc mihi facere videtur *praestatio,* quando quis certa mercede accepta alteri cavet, ubi quid periculi timetur, v. c. aedibus ab incendio, navibus a naufragio, se damnum esse reparaturum. Sic ponitur in *Manûs* Codice VII, 127. Cf. ibidem VIII, 230. Diversa et satis obscura propter dissensionem interpretum est ratio huius vocabuli in eodem Codice IX, 219., ubi de familia herciscunda agitur; de quo loco disserit Vir Ill. Colebrookius *Law of inheritance* p. 274. Quia is, qui alteri cavit, semper de noxa praestanda sollicitus esse debet, translate significat *sollicitudinem:* inde निर्योगक्षेम. Altera ex parte ei, cui cavetur, *securitas* paritur. Sic Ram. L. II, c. XLVIII, 17:

युष्माकं राघवोऽरण्ये योगक्षेमं विधास्यति ।

Vobis Raghuides in silva securitatem praestabit, sive *omne periculum avertendum in se recipiet.* Quomodo ex iunctis inter se योग et क्षेम talis significatio prodeat, haud facile intelligitur. Mihi certe parum satisfacit Sridharasvâmin explicans: अप्राप्तस्वीकारो योगः प्राप्तपालनं क्षेमः । Cullûcabhattus quoque ad Man. VII, 129. re in universum bene perspecta, aliena

admiscet. Sed eiusmodi vocabula technica satis arbitrario fingi solent.

46. उदपान latius patet quam *puteus*, comprehendit *lacunas*, quaecunque aquae copiam continere possint. Scripsissem *lacus*, nisi veritus essem de lacubus naturalibus id acceptum iri. Intellige lacus arte factos, lapide stratos, publicis usibus destinatos, quales plurimi Romam olim ornabant, hodieque ornant. — Ridet poëta industriam Brachmanum quorundam, qui prolata ex amplissimo voluminum sacrorum penu oracula, nonnunquam parum inter se concordantia, diversissimis hominum ingeniis studiisque accommodare didicerant. Sed hanc sententiam consulto comparatione involutam ita protulit, ut anceps videri posset. Srîdharasvâmin aliorsum eandem trahere conatur. Quid auctor Bhagavad-Gîtae de Vêdis iudicaverit, e distichis praecedentibus satis superque patet. Attamen, ut lectores suo quisque iudicio uti possint, ipsa scholiastae verba apponam. यावानर्थ इति । उदकं पीयतेऽस्मिन्नित्युदपानं वापीकूपादि । तस्मिन् स्वल्पोदके एकत्र कृत्स्नस्यार्थस्यासंभवात् तत्र तत्र परिभ्रमणेन विभागशो यावान् स्नानपानादिरर्थः प्रयोजनं भवति । तावान् सर्वोऽप्यर्थः सर्वतः संप्लुतोदके महाह्रदे एकत्रैव यथा भवति । एवं यावान् सर्वेषु वेदेषु तत्तत्कर्मफलरूपोऽर्थः । तावान् सर्वोऽपि विजानतो व्यवसायात्मिकाबुद्धियुक्तस्य ब्राह्मणस्य ब्रह्मनिष्ठस्य भवत्येव ब्रह्मानन्दे क्षुद्रानन्दानामन्तर्भावात् । »एतस्यैवानन्दस्यान्यानि भूतानि मात्रामुपजीवन्ति« इति श्रुतेः । तस्मादियमेव सुबुद्धिरित्यर्थः । Nemo non videt, quam contorta haec sint, et a tenore sermonis sub Crishnae persona habiti aliena. *Brachmanam* translate dictum vult scholiastes pro sapiente, *numinis contemplationi intento*, quod omnino fieri nequit. Derivantur a ब्रह्मन् alia vocabula sensu generali, (ब्राह्म, ब्राह्म्य,) sed ब्राह्मण masc. patronymicorum more formatum, est semper nomen proprium ordinis sacerdotalis. Huius ordinis hominem *theologum* dixi, non a scientia, sed a munere libros sacros interpretandi, de quo hic agitur. Porro verbum विजानाति, *di-*

gnoscit, discernit, contra usum loquendi de mente propositi tenaci explicat. Cf. Ind. Verb. s. v. विज्ञान. Denique ne constructionem quidem intactam manere sinit. Quum enim binae sententiae partes ita sibi invicem respondeant, ut priori relativum sit praepositum, posteriori demonstrativum, istud denuo in hanc infert, quasi de commodo aliunde quam e Vêdis petito sermo esset. Dictum, ex aliqua *Upanishade* sine dubio laudatum, quantum extra seriem totius orationis indicare licet, sublime quid spirare videtur, hue vero non facit. Vituperat Crishnas spem praemiorum, sacrificiis, castimoniis, largitionibus adipiscendorum, saepe in *Vêdis* ostentatam. Huc revertitur in sequentibus, et monet amicum, ne tali spe ad agendum impellatur. Sic omnia optime inter se cohaerent.

* 48. *b.* सङ्गं । Dictio haec est usus frequentissimi, et maximi momenti in carmine nostro. Magnopere igitur interest lectoris veram eius vim penitus perspicere, quod vereor ut fieri possit, si quis notationi a Wilsone allatae fidem habeat, quasi sit composita e praepositione सं et radice गम् *). Hoc si verum esset, सङ्ग necessario foret adiectivum, et significaret *congredientem* vel *comitem*. Quod nemo in dubium revocabit, qui composita similia: अनुग अतिग पारग etc. recte perpenderit. At सङ्ग est substantivum, et significat studium vel affectum, quo animus vehementer tenetur, Francogallice *attachement*. Est vocabulum simplex, a radice षंज् eodem modo derivatum, quo भङ्ग a भंज् et स्वङ्ग (परिष्वङ्ग) a ष्वंज्. Hoc inde patet, quod huic substantivo multis nostri carminis locis respondet participium eiusdem verbi सक्त, cum sensu praesentis pro adiectivo usurpatum. In catalogis radicum ver-

*) In nova Lexici editione vir doctissimus veram notationem subiecit, altera illa tamen non dimissa.

bum ipsum, ut fit, explicatur per substantivum a se derivatum: षंज् — सङ्गे । Variat autem scriptura: Wilkins iterat षंज्, Wilso exhibet षंज् et षस्ज्, quod magis placet. Etenim punctum superscriptum in radicibus denotat nasalem interdum in coniugatione assumendam, interdum extrudendam, quod hic locum non habet. Contra geminatur ultima consonans, ut sit 1 p. praes. Med. सज्जते. Eiusmodi geminatio in aliis quoque radicibus in mediam palatalem desinentibus (मस्ज् भ्रस्ज् लस्ज्) indicatur inserto sibilo dentali, qui in ipsa coniugatione nusquam comparet. —

Nondum ad liquidum perducta est harum radicum ratio, imo collatis inter se omnibus, quae VV. DD. Wilkinsius, Rosenius, Wilso et Haughto protulerunt, nova suboritur dubitatio. Duae modo sunt, quas tres facit Rosenius, sono parum absimiles, significatione plane non distinctae; ambae ad normam primae coniugationis flectuntur. Câsinâthus et Vôpadêvus utramque radicem pariter cum littera nasali scribunt. Bhattôjidieshitus habet षस्ज्, cuius scripturae hunc in modum rationem reddit: सस्य श्चुत्वेन शः शस्य जश्त्वेन जः । i. e. *sibilus dentalis ante consonantem palatalem in eiusdem ordinis sibilum transit, qui media sequente in mediam palatalem mutatur.* Siddh. Caum. fol. 228 r. A षस्ज् fit igitur सज्जते. Exhibent quoque सज्जति. Noster formam Medii solam novit: IV, 28. 29. VI, 4. XVIII, 10. Neque aliter fere Manus. III, 125. IV, 16. VI, 55.; nisi quod semel in fine distichi VI, 55. habet सज्जति, si modo certa est lectio. Commentator enim ibi medium substituit, nec metrum impedit, quo minus सज्जते scribamus. Cf. *Adnotatt.* editorum de prava librariorum scriptura सज्यते. Medium autem optime convenit huic verbo: est enim अकर्मकं, et vim habet quodammodo reflexivam: सज्जते धर्मेषु, *il s'attache aux œuvres.* Hinc derivantur सक्त, सज्जीकृत, सज्जन. Altera radix षञ्ज् in 1 p. pr. habet

सजति. Quod Rosenius, et Wilso in nova lexici editione, सञ्जति quoque admittunt, id suo periculo fecerunt, vehementer refragante Pânine, utpote qui disertissime docet, hanc radicem cum tribus aliis eiicere nasalem ante शप्, i. e. ante characterem primae coniugationis, vocalem अ radici et terminationibus interpositam. Panin. L. VI, P. IV, §. 25. 26. et Colebr. Gramm. p. 179, §. 2. Eiusdem verbi plenissimum paradigma exhibet Colebrookius, (p. 360. no. 14.) cuius mihi post Pâninem potissima est auctoritas. Casinâthus et Vôpadêvus alteri radicum homonymarum tribuunt significationem motus: सर्पणे, गतौ. Hanc ad radicem षस्ज् refert Bhattôjidîcshitus. Quos grammaticos Wilso et Haughto suo iure secuti sunt. At quam plane nihil tali definitione dictum sit, inde patet quod Vôpadêvus eandem ducentis triginta radicibus apposuit. In omnibus exemplis supra allatis manifesto subest huic verbo notio *amplectendi, inhaerendi.* A radice षञ्ज् derivatur सङ्ग et participium सक्त, sicuti रक्त a रञ्ज्; haec autem vocabula et verbum सज्जते saepe ita iunguntur, ut sibi invicem respondeant. Facile foret, sed nimis longum, demonstrare quomodo eadem notio primaria (परिष्वङ्गे s. सङ्गे) omnibus derivatis et compositis subiaceat.

50. Dimittit devotus bene facta, quia nulla praemiorum spe ad agendum impellitur; male facta, quia summi numinis cognitione cultuque ab omni labe lustratur.

54. *a.* का भाषा । Schol. भाष्यतेऽनयेति भाषा लक्षणं । Quam explicationem expressi, etsi dubitanter, siquidem huius significationis exempla nec me legere memini, neque a lexicographis eam adnotatam video. Quum autem statim sequatur किं प्रभाषेत, ingrata sane foret tautologia, si interrogatio prior ex usu vulgato intelligenda esset.

58. Acute monet Scholiastes aptam esse similitudinem, qua declaretur sapientem sine operoso molimine sensus a

rebus externis abstrahere: naturale enim est testudini, ut caput pedesque sub testam condat. Adde et hoc Livii dictum: *Testudinem, ubi collecta in suum tegumen est, tutam ad omnes ictus video esse; ubi exserit partes aliquas, quodcunque nudavit, obnoxium atque infirmum habere.* XXXIV, 32.

59. Dubius hic haeret Scholiastes, et duplicem proponit explicationem, neutram satis idoneam, aut perspicuam saltem, quorum priorem Wilkins expressit. Nihil tamen valde obscuri huic disticho inest, nisi sit *προςωποποιΐα* paullo audacior. Res sensibus obiectae et ipse appetitus prodeunt in scenam, vident se in mente viri temperantis dominari non posse, ideoque quasi spe frustrati recedunt. रसः est *sapor, gustus* proprie et translate, *gratus alicuius rei sensus, studium, appetitus.* Cf. Ram. L. I, c. IX, 3. निवर्तते, quando quaeritur: *unde?* cum ablativo plerumque construitur, hic cum genitivo; supple अन्तिकात् aut simile quid.

69. Est figurata oratio, et pulcerrima quidem. Vulgus hominum spiritus rerumque divinarum ignorantia quasi tenebris nocturnis involvitur, qua ex parte oculatus est sapiens. Isti interdiu vigilant, negotiis, curis, voluptatibus, omnino rebus sensilibus distracti, a quibus omnibus perinde ac per noctis quietem silentiumque vacat sapiens, contemplationi unice intentus. Illustrat haec Srîdharasvâmin alia comparatione a philosophis Indicis prolata: Sicuti animalia interdiu caeca, quales sunt noctuae, noctu acerrima oculorum acie valent, similiter sapiens veri guarus, vel apertis oculis, non res sensibiles, sed numen, ceteris invisibile, intuetur.

70. *a.* अचलप्रतिष्ठं । Movetur quidem oceanus vehementer, tum tempestatibus, tum aestu diurno: attamen terras non submergit, sed semper intra fines suos redit. Hactenus stabilis dici potest. Cardo comparationis in eo vertitur, quod

sapiens iis, quae natura postulat, salva tranquillitate fruitur, sicuti amnes, quamvis magna aquarum mole in oceanum effusa, conditionem eius non mutant. काम in plurali numero saepe significat res ad victum necessarias aut commodas, utpote quae ab omnibus cupiuntur. Ram. L. I, c. XII, 12.

LECTIO III.

7. *a.* इन्द्रियाणि. Ex oppositione cum कर्मेन्द्रियैः patet intelligenda esse ज्ञानेन्द्रियाणि, *perceptionis instrumenta.* Hortatur Arjunam Crishnas, ut ad agendum se accingat solo officii explendi respectu. Disticho praecedenti descripserat *ascetas* quosdam plane contrarium factitantes. Iam tunc nimirum abundabat India hominibus, qui aut sanctitatis famam captantes, aut eo consilio, ut a Diis praemia quasi vi extorquerent, severissimis votis adstricti, inter ieiunia, silentium et immobilem corporis stationem, intus tamen libidini indulgebant, commoda futura voluptatesque somniantes.

* 10. *c.* प्रसविष्यध्वमेष । Sic ed. Calc., codicibus ne minimum quidem variantibus. Quamobrem religio fuit sollicitare lectionem, tot auctoritatibus firmatam, etsi rationem eius grammaticam haud expedio. Prorsus ignota enim est haec forma: प्रसविष्यध्वं । Verbum षू habet in Praecat. med. 2. p. plur. प्रसविषीध्वं; Fut. 2. med. 2 p. pl.: प्रसविष्यध्वे. Conditionalis requirit augmentum, ut scribendum foret प्रासविष्यध्वं, nec ad constructionem quadrat. *Srídharasvâmin* in commentario suo simpliciter per imperativum exponit: प्रसूयध्वं । nihil amplius. Precativus quidem sententiae optime conveniret, at metrum mihi scrupulum iniicit. Nondum enim in tota, quam longa est, Bhagavad - Gita tertium paeonem in prioris hemistichii fine inveni; alter epitritus interdum, raro tamen, hanc sedem occupat. Tutior itaque erit emendatio, si liquida ex-

puncta scribatur: प्रसविष्यध्व एष । Abiici nempe solet, ante vocalem quamcunque praeter अ brevem, diphthongus ए in terminationibus nominum ac verborum, nisi sit dualis nota, et substituitur ei vocalis correpta, ultimae consonanti inhaerens. Hoc autem hiatuum genus non toleratur modo in carminibus, sed elegantiam quandam habet, praecipue in caesura. Vir doctissimus idemque mihi amicissimus, *A. L. de Chézy*, quem de hoc loco consului, et rogavi ut codices denuo inspiceret, si forte quid oculos meos fugisset, receptam lectionem tueri mavult, habens eam pro archaïsmo vel inaequalitate coniugationis, quales in *Vêdis* occurrunt. —

Non pudet me dubitationis, quae tunc sollicitum me tenuit, quum primum in hanc palaestram criticam descenderem. Nunc quoque, etiamsi multo amplioribus praesidiis simus instructi quam ante duodecim annos, in ipso limine litterarum Sanscritarum consistimus. Cavendum est, ne, veterum grammaticorum auctoritate neglecta, nimium nostro iudicio fidamus, quod nonnullis viris doctis fraudi fuisse video. — Certa est lectio. A grammaticis quidem, aut scholiastis nondum vidi agnosci hanc formam, quam definire possis terminationem et vim imperativi ad futurum secundum translatam. Sed comprobatur ea exemplis. Ram. I, c. XXIX, 23. Râmas telis magicis et incorporalibus acceptis ea dimittit sic hortatus:

मनसा मे भविष्यध्वमिति तानभ्यचोदयत् ।

Sic legitur in recensione commentatorum, nihil variantibus codicibus. Critici Bengalici contra, quos nimirum archaïsmus offendebat, substituerunt hoc hemistichium स्मृता मामुपतिष्ठध्वं । Quod glossae instar est: *Quotiescunque vestrum meminero, succurrite mihi!* In utroque loco pronuntiantur verba bene auspicata, nuncupatur votum quod non in praesens modo, sed in omne tempus futurum valeat. Cf. *Lassen.*

de Pentapotamia, p. 88. In loco Bharateae ibi laudato coniectura admodum probabili restituitur haec ipsa forma: est enim simile quid; pronunciantur dirae. Denique non sine consilio poëtam patri hominumque Deûmque usum loquendi obsoletum tribuisse crediderim. — Scholiastes, etsi de forma grammatica tacet, vim futuri tamen quodammodo agnoscit, dum haec addit: प्रसवो वृद्धिः । उत्तरोत्तराभिवृद्धिं लभध्वं । *in maius subinde auctum incrementum capite.*

Ib. *d.* कामधुक् । Composita, quorum ultimum membrum est ipsa radix verbi alicuius, semper vim activi habent. Ne quis putet, in celebratissimo hoc nomine mythologico aliter rem sese habere, monendum est, verbum दुह् secundae coniugationis interdum poni pro *lac praebere*, *ex uberibus emittere.* Sic Schol.: कामान् दोग्धीति । Cf. Vâlmices Ram. I, c. LIII, 1.: शबला - - - विदधे कामधुक् कामान् । *Vacca ista maculosa apparavit omnes lautitias, ex uberibus eas emittens.* Transitive ponit Manus (I, 23.) दुदोह cum accusativo rei emulsae, cum ablativo eius, unde emulgetur.

12. *c.* अप्रदाय । Sic e Codd. dedi. Ed. Calc. न प्रदाय । Quam lectionem in priore editione non correxi; quanquam minus concinnam, tolerabilem tamen esse, falso arbitratus. Nam ante *absolutivum* et participia negatio separatim poni nequit, sed necessario in अ privativum transit.

13. In hoc disticho expressit noster Manûs sententiam, verbis aliquantulum variatis et ordine inverso. III, 118.

अघं स केवलं भुंक्ते यः पचत्यात्मकारणात् ।
यज्ञशिष्टाशनं ह्येतत् सतामन्नं विधीयते ॥

Quam doctrinam e Vedis petitam esse, monet *Cullûcabhattus.* — Non statim primo intuitu patet, ubinam cesset Brachmanis sermo, et Crishnas denuo e sua persona loqui ordiatur. Sed allocutio plurali numero posita (वः) repetitur dist. 12. *a.* quocum sequens arcte cohaeret. Altera ex parte in

disticho 15, *a*. Crishnas Arjunam diserte alloquitur, (विद्धि) et propter nexum sententiarum praecedens quoque distichon ei tribuendum est.

14. Hic quoque poëta ad Manum respexit. III, 76.

अग्नौ प्रास्ताहुतिः सम्यगादित्यमुपतिष्ठते ।
आदित्याज्जायते वृष्टिर्वृष्टेरन्नं ततः प्रजाः ॥

Commentator hoc ita explicat, solis proprium esse, ut saporem (*humorem*) attrahat, qui deinde in pluviam resolvatur. Mystice tamen potius quam physice accipienda est vetus illa doctrina de mirabili sacrificiorum virtute.

15. *a. b.* ब्रह्माक्षरसमुद्भवं । Schol. hic ब्रह्म bis de *Vêdis* dictum esse vult, ne scilicet numini aeterno ortus tribuatur. At sic distingui poterit, ut अक्षर sit numen occultum atque in se collectum, ब्रह्म contra revelatum et sine fine expansum. Quo et etymologia nos deducit: nam अक्षर significat simplicissimam orationis particulam, syllabam litteramve; ब्रह्मन् vero derivatur a बृह्, *expandere*. Man. I, 15. उद्बर्ह. Repetitur in versu sequenti idem vocabulum cum epitheto minime ambiguo, quod Schol. frustra ad Vedos detorquere conatur. Laudaverat tamen paullo ante ex hisce dictum, quo docetur, numen in sacrificio praesens esse: यज्ञो वै विष्णुः ।

18. *d.* Corrige mendum, quod e priore editione irrepsit. Scribendum est व्यपाश्रयः sicut XVIII, 56. Idem fere valet ac उपाश्रयः, quod sane mirum in tanta praepositionum diversitate. Cf. IV, 10, et IX, 32. Hinc error Haughtonis s. h. v. Rectius Wilso.

18. 18. Non mihi tempero quin adscribam duas sententias valde memorabiles a Srîdharasvâmine ad hunc locum e Vêdis laudatas. Prior est haec: तदेषां देवानां न प्रियं यदेतन्मनुष्या विदुः । *Non gratum est Diis, ut homines istud* (summum numen) *cognoscant.* Timeri igitur poterat Arjunae, hortante Crishna, ad finem bonorum enitenti impedimentum aliquod

e Deorum invidia. Sed tollitur hic timor alio oraculo: तस्य एन देवाश्च नाभूत्या ईशते । आत्मा ह्येषां संभवति । *Huius granditati ne Dí quidem obstare potis sunt; transit is in ipsorum conditionem.* Scholiastes docet एन esse particulam obsoletam, quae valeat idem ac अपि; अभूत्या est dativus अभूत्यै, diphthongo ante vocalem in simplicem productam mutata; ईशते । प्रभवन्ति. Hac mente scripsit poëta सर्वभूतेषु, quod nomen deos quoque comprehendit.

* 19. *d.* पूरुषः । Plerumque scribitur पुरुषः sed licet producere vocalem primae syllabae; quod nunquam tamen fieri solet citra metri necessitatem, quae et hic locum habet, et infra sl. 36. —

20. *c.* संग्रह varia significat: *congeriem,* (Hitôp. III, 55.) *collectionem,* (v. c. fabularum liber modo laudatus dicitur कथासंग्रहः) *prehendendi actum* (Hit. IV, 13.). Hic autem et infra dist. 25. idem valet quod अनुग्रह. Sic et Ramay. I, cap. VI, 1. Man. IV, 13. VIII, 311.

22 — 24. Haec non accipienda sunt de divinis Vishnûs operibus, a quibus nunquam cessat, utpote mundi rector et sospitator; loquitur Crishnas de muneribus, quae tanquam regi et militaris ordinis homini sibi obeunda esse arbitratur. Itaque hisce verbis इमे लोकाः et इमाः प्रजाः exercitum suum, quem in auxilium Panduidarum adduxerat, quasi digito monstrat.

23. *c. d.* Integer hic versus repetitur infra IV, 11. Ibi recte indicativus verbi legitur, perperam fortasse huc translatus, quum consecutio modorum coniunctivum potius postulare videatur, quem in disticho sequenti positum videmus. Quamobrem versum alterum dist. 23. pro sententia interiecta accepi, ita ut vera apodosis hemistichio primo dist. 24. contineatur; repetitur deinde protasis perspicuitatis gratia in compendium redacta.

26. c. जोषयेत् सर्वकर्माणि । *Fungatur omnibus operibus.*

Non satis expressi vim caussativi. Admittit quidem radix जुष् praeter primam coniugationem decimam quoque, quantum ad formam, cum verbo caussativo congruentem. Sed tunc sensu hinc alieno usurpatur. Habemus caussativum verbi sextae coniugationis जुषते, सेवते. Caussativorum proprium est, ut aut accusativum cum instrumentali regant, aut duplicem accusativum (द्विकर्मकत्वं). Ex. gr. Ram. I, cap. I, 78. नलं सेतुमकारयत् । *Nalum iungere pontem iussit.* Aeque legitimum foret नलेन. In hoc loco, de quo nunc agitur, alter accusativus expressus est, alter e praecedentibus supplendus. Recte Schol. जोषयेत् सेवयेत् । अज्ञान् कर्माणि कारयेत् । Sensus est: *Ignaros doctrinae mysticae impellat exemplo suo ad omnia munera obeunda.*

28. *c.* Schol.: गुणा इन्द्रियाणि गुणेषु विषयेषु प्रवर्तन्ते नाहं । Scripsi cum ed. Calc. वर्तन्त secundum regulas coniunctionis vocalium. Codd. वर्तन्ते, cui lectioni patrocinatur caesura.

34. *a.* इन्द्रियस्येन्द्रियस्य । Frequentissimae sunt eiusmodi geminationes, distributive positae, वीप्सायां, et hanc vim habent ut, quod de universis dicitur, disertius ad singula eodem nomine comprehensa applicetur.

35. स्वधर्म dicitur respectu conditionis, qua quisque natus est; etenim diversa officia hominibus quaternorum ordinum imponuntur. Brachmanam decet neminem laedere et iniurias tolerare; *Xatrium*, suos tueri, vim iniustam armis repellere ac pro iure, si opus sit, mortem oppetere. Quod si Arjunas, caedem cognatorum aversatus, inermem se Curuidis necandum praebuisset, (I, 46.) potius Brachmanae partes quam suas, utpote viri e stirpe regia sive militari oriundi, egisset.

* 39. *d.* दुष्पूरेण । Sic Codd. uno ore. Ed. Calc. दुःपूरेण । At illi rectius. Non alienum erit, hac occasione pauca monere de spiritus finalis (*visargi*) conversione, quae in grammaticis huc usque editis nondum satis dilucidata vidi. In

fine vocabulorum transit spiritus finalis in sibilum ante consonantes hasce: च छ ट ठ त थ, locum suum tuetur ante क ख प फ. In compositis autem regulae conversionis aliquatenus diversae sunt ab iis, quae in vocabulis grammatice seiunctis, et in orationis tenore casu quodam sese excipientibus observantur. In illis enim et ante क et प spiritus finalis convertitur in sibilantem, nunquam ante ख, raro ante फ. Itaque scribitur: दुष्कृत et contra: दुःख; nam quod V. Cl. Wilso in Lexico suo et दुष्ख admisit, vereor ne pravis auctoritatibus confisus id fecerit. Exstant huius usus multa exempla solennia, in quibus scriptura nunquam variat. Sed ante litteram प inaequalitates quasdam observavi, de quarum ratione mihi nondum satis liquet. Scribitur enim: परस्पर वाचस्पति निष्पन्न; et contra: अन्तःपुर et s. p. Interest sine dubio aliquid, utrum spiritus finalis substitutus sit pro sibilante an pro *repha*. Ut ad hanc particulam revertar, de qua nunc agitur, ea nusquam nisi in compositis comparet, et tunc eius forma variat secundum naturam litterae subsequentis: दुः दुष् दुर्. Quarum ultimam propriam eius esse grammatici asserunt. Equidem analogia linguae Graecae (δυς) aliisque argumentis ductus secundam praetulerim. —

* 11 *c.* प्रजहिह्येनं । Haec non sunt separanda: प्रजहि ह्येनं, quasi imperativus verbi हन्, quem infra habemus Sl. 43. *c.* जहि a particula हि excipiatur; sed जहिहि est imperativus verbi हा 3 *coniug.* Si litteras tantummodo spectes, res quidem est dubia: at प्रजहाति saepius occurrit, contra cum verbo हन् iunctam praepositionem प्र vix uspiam invenias, nec placet particula हि post imperativum. —

Notat et Scholiastes ambiguitatem, quae sublata fuisset, si legeretur प्रजहीहि । Wilk. Gramm. §. 229. Aeque bene, quoad metrum; quandoquidem vocalis correpta, quam codices nostri exhibent, positione producitur.

LECTIO IV.

1 — 3. Affirmat Crishnas, doctrinam suam esse antiquissimam, ab ultima inde hominum memoria repetitam, et postremis demum temporibus neglectam. Cavere nimirum sibi voluit poëta, ne res novas in religionibus moliri crederetur. Hinc et doctrinam eandem non vulgo propagandam, *ἐσωτερικήν* esse declarat. रहस्यं ह्येतदुत्तमं । De nominibus propriis vide Indicem.

* 2. *a.* परंपराप्राप्तं । Nimis festinanter hanc lectionem inter corrigenda ed. Calc. retuleram, arbitratus scribendum esse: परस्परात् प्राप्तं । Sed vocabulum परस्पर exprimit semper effectum quendam mutuum, de quo nunc non est sermo. Magistri enim tradidere discipulis suis doctrinam, nihil autem ab iis accepere. Est adiectivum simile quidem, sed nihilominus diversum: परंपर, quod significat *ordinem successionis.* Hoc si nominativo pluralis numeri posuisset poëta, ut cum राजर्षयः iungeretur, ante litteram प spiritum finalem abiicere haud potuisset. Scribendum igitur foret: परंपराः प्राप्तं । cui lectioni codices non suffragantur. Enimvero exstat substantivum feminini generis: परंपरा, de quo cf. Wilson. Lex. Id compositum cum participio sequenti vim tertii casus assumit: परंपराप्राप्तं est idem ac परंपरया प्राप्तं । »Doctrinam *successione acquisitam*, i. e. per manus traditam, reges sapientes cognoverunt. —

Proprie परंपरा, etsi substantivi vice fungitur, est femininum adiectivi. Subintelligendum est igitur substantivum aliquod eiusdem generis, v. c. श्रुतिः । Fortasse non inutile erit, hac occasione monere, परस्पर et अन्योन्य esse defectiva, siquidem lexicographi Angli nominativum per tria genera declinatum exhibent, qualis omnino non exstat. Primum enim membrum est nominativus, qui sequentis membri casum obliquum

postulat. Similis est horum vocabulorum ratio et Graeci *ἀλλήλων*. Ista tamen plerumque adverbialiter ponuntur, et genus numerumve, quod sciam, non mutant. Cf. Wilk. Gr. §. 1108. Quod in *Manûs* codice I, 20. legitur: परः परः non est compositum, sed repetitio sensu distributivo adhibita.

5. Versus secundi sententia plano congruit cum doctrina ista Platonica, homines e vita priore notiones generales duntaxat reminisci, cetera oblivioni dari. Aliter Pythagoras, qui Euphorbum et Homerum se fuisse meminerat, si vera est fabula, quae nimiam *γοητείας* speciem prae se fert. — Versus prioris verba sunt luculentissima, sed subest eis difficultas diversi generis. Qui primi memorantur *descensus* Vishnûs sub figura piscis, testudinis, apri et Androleontis, cosmogonici sunt argumenti, neque huc referri debent. Quanquam Nani forma, quam proxime post illas Vishnus assumpsisse traditur, ab humana non abhorret, tamen et haec fabula allegoriae gratia ficta esse videtur. Iis contra quae de Râma Seourifero et de Râma Dasarathida narrantur, veterem aliquam rerum gestarum memoriam subesse arbitror. Agitur in priore argumento de antiquissimis inter Brachmanas et *Xatrios* (*τοὺς μαχίμους*) dissidiis, in quo certamine istos principatum obtinuisse et traditum est, et eventus ipse docet. In Rameïde India australis, vasta adhuc et ad vitam cultiorem nondum traducta, cum exercitu peragratur, expugnatur denique Sinhala insula. Quomodo igitur Vishnus, qui, ante Crishnae natales, bis modo heroïs partes egerat, dicere potest, se *multis* iam vicibus natum inter homines degisse? Adde quod paullo ante dixerat de Vivasvante olim discipulo suo. Incidit hoc in generis humani primordia, siquidem Vivasvantes fuit pater Manûs septimi, qui aevo praesenti praeest. Quaeri potest, utrum Vishnus suo nomine Vivasvantem eadem docuerit, quae Crishnas nunc Arjunae tradit, an forma

aliqua divina aut humana indutus. Credibile fit, poëtae animo obversatas fuisse fabulas de Vishnûs miraculis, apud recentiores minus celebratas. Fieri etiam potuit, ut Vishnûs cultores huic tribuerent, quae antea de *Brachmane* tradita fuerant. Certe Manus ille priscus (*Διὸς μεγάλου ὀαριστής*) a Brachmane codicem legum se accepisse ait. Lect. I, 58. Sivae cultores deinde totum istum locum de descensionibus, Vishnûs proprium, ad suum numen transtulerunt.

6. *c.* प्रकृतिं स्वामधिष्ठाय । De voce प्रकृति vide Indicem. Pronomen स्व hoc peculiare habet et diversum a Latino *suus* (quod, quantum ad litteras, plane idem est, et a Lucretio quoque in unicam syllabam contrahitur) quod trium personarum vices sustinet, ita ut secundum nexum orationis *meus*, *tuus*, *suus* significare possit. Primae personae exempla sunt in sermone Dhritarâshtrae Dist. 4, *Franck. Chrestom.* p. 2. Hitop. p. 72, l. 10. Ram. I, cap. XXXV, 13. — Secundae personae: Hitop. p. 84, l. 9. 10. p. 106, l. 4. p. 123, l. 6. Quanti momenti sit, probe hunc usum callere, elucebit ex episodio de Nalo XIV, 11. ubi V. Cl. *Boppius*, voce स्व pro *meus* perperam accepta, serpenti quasi onisco cuidam nescio quot pedes affixerat, quos in editione altera decurtavit. Serpens loquitur: पदानि गणयन् गच्छ स्वानि नैषध कानिचित् । *Ambula, o Nishadorum princeps, passus* TUOS *aliquot numerans.* — Saepius Crishnas naturam rerum suam appellat, (VII, 4. 5.) utpote ab ipsius nutu pendentem; descensu decreto, uti se ait eiusdem ministerio, quandoquidem sine naturae ope nihil nasci potest. Cf. IX, 8. et ibi adnotata.

8. *d.* युग non semper est *mundi aetas*, *γένος μερόπων ἀνθρώπων*, ut cum Hesiodo loquar; significat interdum, ut hic, quemvis temporis ambitum. Neque enim vere dicere poterat Crishnas, se semel modo singulis mundi aetatibus forma humana indui, quippe cuius tres descensiones proxime

praecedentes ad aetatem secundam त्रेता dictam referantur. Crishnae vita quidem in tertiae finem incidit, vel secundum quorundam sententiam in septimum quartae aetatis seculum. Cf. adnot. ad Rameïda Latine expressam, I, XLI, 2.

10. *c.* ज्ञानतपसा । Schol. vult hoc compositum esse *aggregativum*, singulari numero expressum. At aggregativorum eiusmodi diversa est ratio. Wilk. Gr. §. 1098 sqq. Mihi potius videtur esse compositum *relativum*, resolvendum in: ज्ञाने तपः । Nimirum ad cognitionem rerum divinarum adipiscendam opus est secessione mentis ab affectibus sensuumque illecebris; non deducunt eo qualescunque corporis vexationes, isto nomine comprehensae.

11. *c. d.* Cf. adnotata ad III, 23. ubi idem versus legitur, sed sensu aliquantum diverso. Sermo est in dist. 12. de hominibus qui Indram ceterosque coeli et terrae praesides imprimis colunt, quia hos ipsis bona, quae maxime optant, tum in hac vita, tum in futura, concedere posse putant. Hi quoque, ait Crishnas, vel inscii me Vishnum colunt, siquidem in omnibus Diis ego sum praesens numen.

12. *b.* Nota constructionem verbi यज् cum accusativo eius dei, qui colitur, non rei in sacrificio oblatae.

13. Et hic Vishnus sibi vindicat id, quod a Manu diserte Brachmani tribuitur I, 31, 87 sqq. Diversa quaternorum ordinum officia amplissime declarat legum codex modo laudatus. Renasci putabant Indi homines ea sorte, quae cuiusque indoli maxime esset consentanea.

d. अकर्तारं se dicit, utpote qui non fatigetur agendo, nec peractis operibus magni se faciat, neque inde quidquam commodi captet.

17. *a. b. c.* Tres hi genitivi non reguntur a part. fut. pass. बोद्धव्यं; ubique supplere oportet तत्त्वं.

21. *a.* निराशीः । In Wils. Lex. ed. alt. huius adiectivi

nominativus per tria genera pariter in vocalem correptam exit, quae omnino producenda est in masculini et feminini terminatione. Cf. Colebr. Gr. p. 92, §. 6. et p. 88, §. 3. Affixis hisce अस्, इस्, उस्, nomina neutra plerumque formantur: quae quum vi compositionis fiunt adiectiva, in अस् exeuntia quidem nominativum masculini et feminini per vocalem productam efferunt; cetera non itidem. Falsa analogiae specie deceptus Ram. I, c. II, 54. perperam दिव्यवपूः pro दिव्यवपुः scripsi. Ibidem c. XXXIX, 29. similis error est corrigendus. At aliter se res habet in nominibus, quorum posterior pars formatur ex radice verbi in sibilum dentalem exeunte, quando praecedit इक् i. e. vocalis aliqua simplex praeter अ. Haec enim nomina in nominativo masculini vel feminini vocalem producunt. Cuius generis est आशिस् compositum e praep. आङ् et radice शास्, eodem modo mutata, quem ea in coniugando partim sequitur. Quandocunque declinationis aut compositionis gratia sibilus in *visargum* aut *répha* transit, hoc nomen producit vocalem, in reliquis brevem servat. Rara sunt exempla, ideo haec monere haud inutile visum est. Am. Sinh. स्त्री त्वाशीर्हिताशंसा । Quum cognatae sint sibi optandi et sperandi notiones, eodem fere sensu quo निराशिस् ponitur etiam निराश, unde नैराश्यं. Hitop. I, 137. Utroque loco non designatur homo omni spe destitutus, sed is qui nulla spe vehementer commovetur. Schol. निराशीरिति । निर्गता आशिषः कामना यस्मात् ।

25 — 29. Hic etiam Manus praeiverat nostro, IV, 22 — 24, qui locus omnino cum hoc est conferendus. Mystice haec sunt elata. Omnes res, quibus frui naturae iure licitum foret, a quibus tamen numinis colendi gratia quis abstinet, omnes conatus eodem consilio suscepti, sacrificii loco habentur. Porro quaelibet facultas mentis corporisve, cuius ope aliquid constanter aut omittitur aut peragitur, cum igne

sacro comparatur. Ludit argutius et luxuriat poëta in quibusdam, quae non nimis urgere oportet. —

25. *a.* दैवो यज्ञः est sacrificium, Indrae, Varunae ceterisque diis magna ista triade inferioribus oblatum. Acute monet Scholiastes, particula एव innui sacrificium hisce oblatum, sine ullo respectu summi numinis, a quo diis minorum gentium mundi custodia fuit delegata. — 25. *c. d.* Alii tam unice intenti sunt in rerum divinarum contemplationem, ut prae hac caeremonias quotidianas, preces statis temporibus recitandas, libationes, alia id genus negligant; adeoque praemia assiduitatis in eiusmodi religionibus dimittant. — 26. Auditum, visum, tactum, gustum, olfactum sacrificant, qui in solitudinem secedentes omni cura id agunt, ut nihil voluptarium sensibus hisce offeratur. In versu sequenti contra describuntur homines qui in hominum coetu versantur, ideoque sonos musicos, et quaecunque ceteris sensibus placent, a se amovere nequeunt, sed harum rerum illecebris mentem ab altioribus abstrahi non patiuntur. — 27. Nonnulli in silentio et immobilitate, quantum eius fieri possit, perseverant. De vocibus इन्द्रिय et प्राण cf. Ind. — 29. Cave ne vocabulo अपान eam significationem tribuas, quae in V. Cl. Wilsonis Lexico sola exhibetur. Haud facile quidem lectores, aliquo pulcri sensu imbuti, sibi persuadebunt poëtam nobilissimum ad tam foeda et obscoena, imo ridicula delabi potuisse; ne tamen contra usum loquendi pugnare videamur, invocabimus ipsum poëtam, certissimum suae sententiae interpretem. Lect. V, 27. प्राणापानौ समौ कृत्वा नासाभ्यन्तरचारिणौ। Hinc luculentissime patet, quandoquidem utraque flatuum species per narium meatus transire dicitur, प्राण et अपान esse alternum aëris haustum et e pulmonibus emissionem.

* 34. *a.* विद्धि। Perperam addideram in priore editione punctum superscriptum: विंद्धि. Obversabatur animo verbum

विद् septimae coniugationis, nec memineram, hoc non nisi secundum formam medii declinari. Nec radix homonyma 6 *coniug.* huc facit, siquidem huius coniugationis imperativus act. terminatione हि caret. Dicendum est igitur radicem विद् 2 *coniug.*, quae definitur ज्ञाने vel मतौ, hoc loco assumpsisse significationem, quae alterius illius propria dicitur: मिमांसे. Nam profecto विद्धि hic non significat: *scias, cognoscas*, sed potius: *quaere, nancisci stude.* —

Fortasse dicendum est, eiusmodi substitutione verbi cognati interdum evitari ingratum consonantium concursum, qualis foret in विंत्स्व, 2 p. imp. med. a verbo 7 coniug. विद्, विंते.

* 40. *b.* In priore editione scripseram hic et infra IX, 3. *a.* श्रद्धधानः ductus auctoritate lexicographi Angli. Ed. Calc. et Codd. श्रद्दधानः quod utique rectius sequi debuissem. Scribitur sane श्रद्धा, sed huius vocabuli plane diversa est ratio. Est enim compositum ex particula श्रत् et ipsa radice verbi धा. Hinc porro श्रद्धावत्. At श्रद्दधान componitur ex eadem particula, et *part. praes. med.*: दधान. Quapropter in secunda syllaba, consonante tenui, in quam particula desinit, emollita, legitime geminatur media dentalis, neque adspiratae ius civitatis competit. Usurpatur vero non istud participium solum, sed ipsum quoque verbum. Ramay. II, Cap. XII, 19.: श्रद्दधामि, *credo*; Ibid. Cap. XXIV, 4. कःश्रद्दध्यात्, *quis credat?* Sic expressi e codd. Beng. Tod. et Paris. Dêvanâgarico. Commentatores exhibent श्रद्दधेत्, quae lectio si recte se habet, ad archaïsmum erit referenda, ut धा, quamvis in praesenti geminatum, sicuti तिष्ठति primae coniugationi accenseatur. Inde Edd. Sr. vitiose effinxerunt श्रद्धे. — Cuius verbi structura memorabilem prae se fert similitudinem cum Latino itidem composito: *cre-do, cre-didi.* —

Supervacaneum hodie videri poterit haec monuisse;

quum Vir doctissimus errorem in altera lexici editione emendaverit, idemque vocabulum recte scriptum et explicatum in Lexico Haughtoniano legatur. Sed iuvat recordari, in quam levibus nodis inter huius studii rudimenta dubii haesimus. Occasione oblata liceat paullo accuratius enucleare convenientiam vocabuli Sanscriti cum Latino, praesertim quum in huius notatione etymologos tam egregie hallucinari videam. Adeat quis, quaeso, *Gerardum Vossium*, qui ipse infelicissimus in divinando varia aliorum commenta congessit. Comparativo et superlativo श्रेयस् et श्रेष्ठ subest positivus obsoletus श्र, cuius neutrum pronominale श्रत् (sicuti अन्यत् ab अन्य) adverbii loco verbo praeponitur. Similiter *cre* in *credo* est contractum ex *cere*, quod adverbium legitime ab antiquo *cerus* (Festo auctore *sanctus*) formatur. *Cerus* et श्र vero plane inter se congruunt: sibilus palatalis enim a quo hoc vocabulum (*çra*) incipit, in Graecis et Latinis litterae *κ*, c, fere respondet. Iam olim recte animadverterat V. Ill. Jonesius similitudinem inter nomina dearum: श्रीः, *çrís* et *Ceres*. Sed obiicere quis possit, verbum Latinum *dare* idem esse ac Sanscritum दा, *dá*, plane vero diversum a धा, *dhá*. Sane lingua Sanscrita distinguit *dadámi* et *dadhámi* eodem modo quo Graeca *δίδωμι* et *τίθημι*, sed in lingua Latina, utpote quae littera dentali adspirata caret, utrumque necessario in unum coit. Quod nemini dubium erit verbis compositis inter se comparatis: *condo*, *συντίθημι*; *indo*, *ἐντίθημι*; *subdo*, *ὑποτίθημι*; etc.

LECTIO V.

* 2. *b.* निः श्रेयस । Observavi alio loco (Bibl. Ind. I, p. 350 sq.) particulam निर् semper exemtionem vel exclusionem significare, nec unquam, quod vult V. Cl. Wilso, affir-

mandi vim ei inesse. In hoc vocabulo, fateor, opinio viri doctissimi habet quandam veri speciem, quam arripuit ille in eius etymo declarando: »निः *for* निर् *implying eternity or certainty*, श्रेयस् *best*, अच् *added.*« At श्रेयस् non est superlativus sed comparativus; निःश्रेयस est id, quo melius quidquam excluditur: ea hominis conditio, qua melior fingi nequit, i. e. finis bonorum. —

In *Ephemeridibus eruditorum Parisinis* (MDCCCXXV, p. 42.) vir mihi amicissimus, acerbo fato hisce litteris nimis mature ereptus, A. L. de Chézy, contra disputabat, sed frustra: neque enim animadvertebat, quae de auctoritate Amara-Sinhae profert, ea iam dudum a me in Bibliotheca Indica supra laudata accuratius explicando esse refutata. Apponam tamen eius verba:

»*Dans une note relative à ce distique, M. de Schlegel* »*prétend que la particule* nir *doit toujours avoir force d'ex*»*clusion, de privation, et jamais d'affirmation; et il re*»*proche à Wilson de lui avoir attribué ces deux sens. Mais* »*mainte fois nous avons rencontré cette particule avec ces* »*deux sens opposés, de même que* vi; *et le savant Wilson* »*n'a fait que suivre en cela le sentiment d'Amara-Sinha,* »*qui fait autorité, et dans lequel on trouve cette particule* »nir *interprétée par les mots* affirmation, negation, *de cette* »*manière*: निर्निश्चयनिषेधयोः ।»

Definitio Amara-Sinhae quodammodo in orbem circumagitur, ut fit, quando vocabulum aliquod aliis eiusdem linguae vocabulis explicari oportet. Coactus enim fuit lexicographus uti substantivo, cum eadem particula composito. Ad litteram निश्चय est *electio*, ἐκλογή; quia is, qui e pluribus ipsi propositis unum aliquod elegit, certus est consilii, translate significat *destinationem*, *decretum*. Porro निषेध non est *negatio*, quae dicitur अभाव, sed *prohibitio*, *exclusio*. Verte

igitur: »Praepositio निः habet significationem eximendi et excludendi.» — Acute de praepositionibus Sanscritis disseruit Haughto in brevi Disquisitione de linguarum natura, lexico Bengalico et Sanscrito praemissa: qui vir doctissimus plane nobiscum facit, et, quod nos pridem monueramus, praepositionem निः vi et usu cum Graeca itidemque Latina ἐξ, *ex*, ad amussim convenire declarat. — Quod ad hanc vocem attinet, de qua nunc agitur, in nova lexici Wilsoniani editione nihil mutatum video, nisi quod trisyllabum scribitur vocabulum: निः श्रेयस्, nom. सः; haud scio an recte. V. Ill. *Colebrookius* quidem litteris Latinis semel sic exaravit in Actis Soc. As. Brit. Vol. I, p. 95; altera vice, p. 566, ut nos: *nihs'réyasa.* At quartae syllabae, tum noster, tum gravior Amara - Sinhae auctoritas patrocinatur. Et sic ubique Manus I, 106. 117. XII, 83. 104. 115. Quod si vel maxime legitimum sit trisyllabum, certe plenior forma omitti non oportuit. Exstant alia eodem modo composita et derivata, ex. gr. ब्रह्मवर्चस, Man. L. II, 37, et ibi Cull. Bh.

4. 5. सांख्ययोगौ । Haec duo nomina eodem modo coniunxerat, vel potius sibi invicem opposuerat poëta L. II, 39. Nunc docet, utramque doctrinam, quamvis via diversa, ad eundem finem tendere. Quod in disticho sequenti pluralis ponitur, quem rei singularis nomina non admittunt, id licentia quadam factum est: intellige utriusque scholae discipulos.

6. *d.* नचिरेण । Coniunctim haec erant scribenda; seorsum posita enim negatio ad verbum foret referenda, unde prorsus diversa sententia exsistit. Regula generalis est, ut componatur cum declinabilibus negatio, (नञ् सुपा समस्यते) cum participiis quoque et absolutivo; tunc vero mutatur in अ, et ante vocalem in अन्. Exceptiones, ubi in compositis particula न formam suam retinet, enumerat *Pânines* Lect. VI,

P. III, §. 75—77, quibus exceptionibus haec non inest. Adverbialiter quidem ponitur चिरेण, sed proprie est casus tertius. Aliis quoque adverbiis, quae casus cuiusdam formam aut vim habent, negatio adhaerere solet: v. c. अकुतोभय. Utrum ipse poeta, an vero librarii hiatum, tolerabilem in caesura, vitare voluerint, id pro incerto relinquo. Mallem अचिरेण, quod legitur in simili hemistichio apud nostrum, L. IV, 39; et sic scribit ad hunc locum Scholiastes, nihil addens de ratione grammatica. Sed ne quis suspectam habeat lectionem, aut usum minus frequentem pro archaismo accipiat, sufficiet laudasse exemplum ex poeta castigatissimo petitum. Mégh. Dût. 19, *d.* सद्भावार्द्रः फलति नचिरेणोपकारो महत्सु। *»Officium cum benigno affectu generosis praestitum brevi fit fructuosnm.«*

12, *b.* नैष्ठिकीं, *internam.* Hactenus quidem recte, quod talis tranquillitas nulli perturbationi a rebus externis est obnoxia. Melius tamen vertissem: *solidam, completam, perfectam.* Sed quum substantivum निष्ठा sit *πολυσημαντικόν*, eadem diversitas in adiectivum inde derivatum transit. Schol.: आत्यन्तिकीं।

13, *c.* नवद्वारे पुरे। Urbs haec novem portis instructa est corpus humanum. Portae enumerantur hunc in modum: नेत्रे नासिके कर्णौ मुखं चेति सप्त शिरोगतानि। अधो द्वे पायूपस्थरूपे। *Bini oculi, binae nares, binae aures et os: hae sunt septem in capite constitutae; infra duae, anus et membrum genitale.*

21, *b.* * विन्दत्यात्मनि यत् सुखं। Fortasse quis legere malit यः, ut nempe iungatur sententia cum sequenti, binis pronominibus sibi invicem respondentibus: यः — सः nec valde repugnaverim. Sed proba est lectio recepta. Verte: *invenit in se ipso, quidquid volupe est.* Et sic legit et interpretatus est cl. Wilkins. — Scholiastes iungit यत् cum आत्मनि, quasi alterum verbum supplendum esset. Nec male, ut sit:

eam voluptatem, quae in mente sita est. — Ceterum verbum विन्दति, cui Vôpadêvus et Casinâthus solam *adipiscendi* notionem (लाभे) assignant, significat etiam *sentire, percipere.* Laudat scholiastes ad huius lectionis dist. 23. sententiam Vasisuthae de *ἀταραξία* sapientis:

प्राणे गते यथा देहः सुखं दुःखं न विन्दति ।
तथा चेत् प्राणयुक्तोऽपि स कैवल्याश्रयो भवेत् ॥

»Sicuti corpus, anima efflata, voluptatem doloremve non »*sentit,* si quis, dum adhuc in vita versatur, ita comparatus »sit: tum absolutionis compos factus dici potest.« Itaque hunc nostri locum aeque bene vertere licebit: *percipit voluptatem in mente positam.* In ceteris locis, ubi idem verbum usurpatur, aptior est significatio adipiscendi. L. IV, 38. XI, 24. XVIII, 45. 46.

22, *b.* दुःखयोनयः। Verteram in priore editione: *e doloris utero pariuntur;* et haec adnotaveram: »Minus recte »vertit cl. Wilkins: *The enjoyments which proceed from »the feelings, are as the wombs of future pains.* — Imo »pariuntur hae voluptates e dolore, non dolorem pariunt. »Operae pretium est, tollere hunc errorem, ne latius gliscat. »Cuncta huiuscemodi composita in योनि desinentia ita sunt in»telligenda, ut vocabulum praecedens pro utero eius rei »habeatur, de qua agitur. Sic infra Lect. IX, 32, पापयोनयः »sunt homines in peccati quasi utero concepti; ब्रह्मयोनिः est »Brachman, quoniam pingitur tanquam e materno utero e »loti calice medio corpore sese attollens; Amor dicitur मनोयोनिः »idemque मनसिजः *corde conceptus.* Cf. et Bh. G. VII, 6. एतद्योनीनि »भूतानि सर्वाणि। Pronomen refertur ad praecedens प्रकृतिं; *ex »naturae utero fundantur universa animantia.*«

Hanc meam sententiam vehementer impugnabat *A. L. de Chézy* in Ephemerid. Erudit. Paris. (*Journal des Savans*) 1825, p. 43; nullo tamen, quantum equidem video, argu-

mento prolato, nisi quod Scholiasten in auxilium advocabat, cuius haec est glossa: दुःखस्यैव योनयः कारणभूताः । Sed id ipsum quaeritur, an Srîdharasvâmin, quem secutus est interpres Anglus, poëtam recte intellexerit. Duplex, nisi fallor, est quaestio: altera grammatica, altera philosophica; priorem exemplis conficere oportet. In eo quidem erraveram, quod putabam, nulla exstare exempla significationis activae, quam vult Scholiastes. Exstant, sed rariora; multo frequentior est usus contrarius. Perlustrabimus quaedam a me collecta.

Manus L. II, 80. ब्रह्मक्षत्रियविड्योनिः, et VIII, 62. क्षत्रविट्शूद्रयोनयः । Sunt homines e quaternis ordinibus, sacerdotali, militari etc., orti. Ramay. I, Cap. XXXIV, 1. Cusus rex dicitur ब्रह्मयोनिः, idem C. XXXV, 2. ब्रह्मसुतः, Brachmanis *filius*. Videmus vim vocabuli, quod non nisi de matre proprie usurpari poterat, ad patrem transiisse. Eodem modo Amara-Sinhas (*ed. Col.* p. 2.) diversa semideorum genera uno nomine comprehendit: देवयोनयः । *a diis geniti*. Agastii cognomen est कुम्भयोनिः vel कुम्भसंभवः, *in urceo natus;* de fabula cf. Wils. Lex. Similiter तिर्यग्योनिः, *brutorum animalium proles.* Ignis dicitur कृपीटयोनिः *qui lignis alitur;* nubes, धूमयोनिः *e vapore congesta;* arundo, पर्वयोनिः, *e nodo*, tanquam e nova radice subinde altius *succrescens;* smaragdus, अश्मयोनिः, *in cavo lapide* quasi utero *inclusus.* Nâradas iure consultus litem (व्यवहारं) appellavit त्रियोनिं, quia e tribus maxime caussis, libidine, ira et avaritia hominum contentiones conflantur. Mitrodaya fol. 2 verso.

कामात् क्रोधाच्च लोभाच्च त्रिभ्यो यस्मात् प्रवर्तते ।
त्रियोनिः कीर्त्यते तेन त्रयमेतद्विवादकृत् ॥

Cuncta haec composita ita sunt comparata, ut prius membrum exprimat originem, fontem, caussam eius rei, quae tali epitheto designatur. Sedulo conquirendo usus contrarii duo tantum exempla in Amara-Sinhae *Thesauro* inveni. *Ed.*

Col. p. 158 linum, gossypium, bombyx et lana uno nomine dicuntur वस्त्रयोनिः, *vestium materia.* P. 119. 120. varia dorcadum et cervorum genera in commune appellantur अजिनयोनयः, utpote e quorum pellibus nebrides parari solebant. — *Raghuvansa,* X, 21. in hymno, quo Dii Vishnum salutant: सर्वयोनिस्त्वमात्मभूः। *Tu es Universi origo, ipse tua vi exsistens.* — Manus L. VIII, 415: दासयोनयः। quod est vocabulum anceps, quum simpliciter significare possit *servorum genera,* Cull. Bhattus huc trahit, adscribens: दासत्वकारणानि। *servitii caussae.*

Non placebat interpretis Angli explicatio. Nimis enim ex trivio hoc petitum videbatur, immodico voluptatum usu corpus debilitari, senium maturari, morbos contrahi, rem familiarem decoqui. Porro voluptatum sensus maxime acuitur molestia quadam aut vexatione praecedente, siti, fame, veneris stimulis, quibus bruta animalia plane in furorem aguntur. Obversabatur denique dictum istud Platonis in Phaedone, Iovem apices quasi doloris voluptatisque inter se colligasse. — Intellexi tamen in hac poetae sententia dolorem non de corpore male affecto, sed de animi aegritudine, turbatoque mentis statu dici potuisse, quando quis voluptatibus obnoxius iis privatur ac desiderium explere nequit. Et sic vocabulum दुःख saepe a philosophis Indicis usurpatur. Cessi itaque commentatori.

26, *b.* Scripseram यतिनां, editionem Calc. secutus, nunc e codd. reposui यतीनां. Utraque forma legitima quidem dicitur: vid. cl. Wilsonis Lex. s. v. v. at noster ubique a positione यति casus deflectit; cf. IV, 28. VI, 37. VIII, 11. neque aliter Manus. cf. VI, 56. XII, 48. Adde Hitop. II, dist. 171. et multos alios locos; alteram formam यतिन् me legere omnino non memini.

L E C T I O   V I.

7, *b.* Observat Scholiastes uterque, duplici modo accipi posse vocabula परमात्मा: aut tanquam compositum, aut hunc in modum separata: जितात्मनः प्रशान्तस्यैव परं केवलमात्मा समाहितो नान्यस्य। quae Çrîdharasvâminis verba exscripsit Madhusûdhanus. Sed dubito, an परं isto sensu vindicari possit poetae vetusto.

13, *a.* कायशिरोग्रीवं। ग्रीवा per se est femininum. Sed est hoc ex eo genere aggregativorum, quae non nisi singulari neutrius ponuntur, quando nimirum enumeratis singulis partibus totum aliquod efficitur. De quibus cf. Wilk. gramm. §. 1084, 1096—98.

19, *a.* निवात et निर्वात sunt vocabula admodum similia, nihilominus alterum ab altero accurate distinguendum. In hoc versu tum sensus, tum metrum postulat prius. In hoc vocabulo V. Cl. Wilso praepositioni नि tribuit vim quandam contrarii et cessationis, quae unice alteri निर् convenit. Amar. Sinh. निर्वातस्तु गतेऽनिले। i. e. *dicitur* निर्वात *de vento sedato.* Sic Hitop. II, dist. 155. निर्वाते व्यजनं। *Inventum est flabellum* ad refrigerandum *vento cessante.* At निवात ad litteram est *intra ventum,* locus unde ventus arcetur, *ὅθ' ἐπὶ σκέπας ἔστ' ἀνέμοιο.* Hinc et significationes translatae pendent, quas idem auctor alio loco memorat.

23, *d.* निर्विण्णचेतसा। Commentatores volunt, elisam esse negationem, ut sit अनिर्विण्ण, quod quidem regulis coniunctionis litterarum non repugnat. Cf. adnot. ad II, 14. Verum iam alio loco (II, 52) vidimus, निर्वेदं tanquam rem optabilem commendari, ibique, sicuti nos, iidem explicant. Sunt vocabula intime inter se cognata, neutrum plus quam semel in toto carmine legitur; ideo dubiam lectionem ad analogiam certae constituendam duxi. Explicat ipse poeta

paullo infra, 25, *d.* S. — निर्वेद eodem sensu legitur *Mundak. Upan.* I, in fine, ubi per वैराग्य explicat Çankarus. L.

39, *a.* एतं मे संशयं। Ita scripsi ex emendatione. Codd., ed. Calc. et ed. Mahâbh. Calc. Vol. II, p. 370. praebent एतन्मे, quod Scholiastae quoque agnoscunt, sed rationem grammaticam, quomodo salva syntaxi substantivum masculini generis cum neutro pronominis iungi possit, silentio praetereunt.

L E C T I O VII.

2, *a.* De discrimine inter ज्ञान et विज्ञान dixi in *Biblioth. Indic.* II, p. 350. Locus *Amarae* ibi laudatus dignus est, qui h. l. repetatur: मोक्षे धीर्ज्ञानमन्यत्र विज्ञानं शिल्पशास्त्रयोः। Adde *Manum* IX, 41. ubi utrumque vocabulum explicat Scholiastes: ज्ञानं वेदः। एवं विज्ञानमपि तदङ्गादिशास्त्राणि॥

4—6. De duplici hac natura cf. *ind. verbb.* s. v. प्रकृति.

8—11. In his distichis docet poeta, in omni rerum natura numen summum id esse, in quo rei cuiusque propria vis maxime emineat. Logica methodus ab eo non erat expectanda, corporalia et spiritalia promiscue profert. Consulto id fecisse videtur, ut admirationem augeret: obruitur quasi auditoris animus cumulatis exemplis inter se diversissimis.

8, *a.* प्रणव est syllaba *ôm.* Desumptum hoc ex Vêdis est, quorum dictum laudat commentator posterior fol. 162, verso: यथा शङ्कुना सर्वाणि पर्णानि संतृणान्येवमोंकारेण सर्वा वाक्। इति श्रुतेः। Addit interpretamentum vocabuli ignoti: संतृणानि ग्रथितानि। Sensus itaque erit: »sicuti omnia folia connexa sunt cum arboris trunco, ita cum syllaba *ôm* omnis oratio.« S. — Alii eiusmodi loci plures exstant, ex gr. *Kâth. Upan.* II, 15; de quo cf. adnot. ad VIII, 11. L.

11, *c.* धर्माविरुद्धः। Secessi in interpretatione huius vocabuli ab utroque Scholiaste; in prioris verba iuravit Chézyus

l. l. p. 43. haec de versione mea addens: »M. de Schlegel a traduit: *nullâ lege refrenata in animalibus libido sum*, tandis que Krishna dit tout le contraire: *Je suis dans les êtres le desir retenu dans les bornes du devoir, l'amour chaste*; ce que M. Wilkins a parfaitement rendu dans les mots suivans: *And in animals I am desire regulated by moral fitness*; ce qui est mis hors de doute par le commentaire, qui interprète ainsi ce passage: स्वदारेषु पुत्रोत्पत्तिमात्रोपयोगी कामोऽहं। Nous pensons que l'erreur de M. de Schlegel vient de ce qu'il aura attribué le prolongement de la voyelle finale de धर्मा à la présence de l'*a* privatif, tandis qu'il est dû à la fusion de la préposition *â*.«

Minime feliciter in his enodandis versatus est vir b. m. nam neque unquam invenitur praepositio आ alii praemissa, nec per *retentus* explicat scholiastes vocem अविरुद्ध, sed per *non adversans*, ut Râm. I, VII, 8. परस्परेणाविरुद्धाः de ministris regis dictum valet: »*sibi invicem non adversantes*. Consentit cum priori Scholiastes posterior, aliis verbis usus, cum Chézy fidus assecla Langlois; a nostris partibus stat vir summus, Guil. a Humboldt; cf. dissert. de Bhag. Gît. p. 12. Deserui rationem Scholiastae ideo, quod libido isto modo cohibita potius temperantia sit, quam *ἐνέργεια* talis, qualis in quacunque re pars divina esse dicitur. cf. not. ad dist. 8. Legibus temperata ista libido hominis sancti est, at non dixit noster यतिषु atque ne मनुष्येषु quidem, sed भूतेषु, *in animalibus*, quod temere factum esse vix crediderim. Scholiastae iudicio haud magnopere confido in interpretatione loci, quo labecula numini adspergi videri possit, si totius huius orationis ratio non habeatur; atque oblitus est interpres Indicus, mox additum esse, etiam impetuosos affectus, immo tenebrosos ex deo esse ortos; vel hoc consulto additum est, ut significetur, quo sensu antecedens sententia accipienda

sit. Quod tandem ad usum vocabuli विरुद्ध attinet, id solet sane *adversans* valere, at primaria est notatio *obstructi, retenti.* Vid. vocc. विरोध et विरोधन in Lex.

18, *b.* मे मतं। ita CODD. omnes, nec non ED. MAHÂBH. CALC. et SCHOLL. qui enarrant per: इति मे मतं निश्चयः; sed durior est h. l. ellipsis particulae इति, quam quae facile ferri possit, et valde miror, nullibi legi मतः। Pro एव forsitan quis rescribere mavult इव, sed tuendum est एव, quod solum mentem poetae reddit; comparatio non est, sed dicitur: *is prorsus mei ipsius loco habetur.* Haud male MADHUSÛDANUS आत्मैव explicat per न मत्तो भिन्नः।

22, *b.* तस्याराधनं dissolve in तस्याः (sc. तनोः) आराधनं, uti factum est a ÇRÎDHARO. Similis synaloephes exempla sparsa sunt per vetusta carmina; ut unum tantum, sed quod et codd. et scholiis aeque sit firmatum, excitem, laudo RÂM. I, XLIV, 9, *a.* तस्यावलेपनं pro तस्याः sc. गङ्गायाः। Scholiastes posterior inscite ponit तस्या राधनं, hoc per आराधनं interpretatus.

— *d.* हितान् = मनःप्रियान्। MADHUS. qui addit, etiam seiungi posse हि तान्, uti fecit ÇRÎDHARUS, हि per स्फुटं enarrans. Rectius dixisset, interdum particula हि addita intra eiusdem sententiae fines indicari caussam, cur antecedentia prolata fuerint. Vid. annot. ad Hitop. I, dist. 80, p. 46. Sensus est: accipit deinde desideria sua, vel haec sane a me dispertita; nimirum quae a ceteris diis data creduntur, ea re vera dona sunt numinis summi, quod omnes deos regit. L.

23, *b.* Pro चेतसां uterque SCHOL. et ED. MAHÂBH. CALC. मेधसां. L.

30, *c* Offendor repetitione copulae च, si cum utroque Scholiaste explicatur: ये मां साधि° — — विदुः। ते प्रयाणकालेऽपि मां विदुः। Nam quod copulae vim particularem h. l. attribuit MADHUSÛDANUS, dicendo: चकाराद्यत्नेनैव मत्कृपया मां सर्वात्मानं विदुः, id interpretis est, qui grammaticam parum curat et ad antea

conceptam iam sententiam verba subigit; neque inter se bene cohaeret, quod dicitur, eos, qui norunt summum numen esse animam animantium, numen deorum, auctoremque religionum, vel obitus tempore id numen nosse. Iuxta syntaxin contra sensus esse debet: qui sciunt me eundem esse animam animantium, cetera, atque vel obitus tempore talem me sciunt, hi sciunt me *re vera.* Illustranda haec sunt ex eis, quae proximo capite sequuntur. Ibi docetur, eum qui obitus tempore summi numinis memor sit, (dist. 5. et 13.) per summam viam incedere et, quod idem est, ad summam beatitudinem pervenire. Responsa haec sunt ad quaestionem, quam VIII. dist. 2, *c. d.* posuerat Arjunas, quomodo cognoscendum sit numen obitus tempore; hanc haud posuisset, si iam VII, dist. 30. edoctus fuisset, ex vera summi numinis scientia consequi, ut id etiam inter moriundum cognoscatur. His ita explicatis, apparet nostro loco alterum विदुः dictum esse, ut saepius पश्यति, ex. c. XIII, 29. स पश्यति, praecedente यः पश्यति, i. e. qui id cernit, is cernit re vera. Quae denique VII, d. 30, *c.* et VIII, d. 2, *c. d.* dicitur scientia vel cognitio numinis momento mortis, ea VIII, d. 5. et d. 13. recordatio appellatur. L.

LECTIO VIII.

1, *c.* प्रोक्तं। *V. cl. Langlois* l. l. VI, p. 236. *praedictum* reddere vult, hac addita nota: »Il est question d'expliquer une chose *dite dans la leçon précèdente.*« Sed talis huius vocabuli usus prorsus est inauditus; contra notissimus ille, quo significat id, quod a veteribus sapientibus traditum fuit, aut vulgarem hominum sententiam refert; vid. Sânkhya Kâr. d. 23. et Hitop. III, d. 74.

3, *a.* अक्षरं। Excitant scholiastae ad hunc locum et infra ad dist. 10. et ad lect. XII, dist. 1. locum *Upanishadis*

cuiusdam, hisce verbis conceptum: एतद्वै तदक्षरं गार्गि ब्राह्मणा अभिवदन्ति अस्थूलमनण्वह्रस्वमदीर्घं। (1) एतस्य वै अक्षरस्य प्रशासने गार्गि सूर्याचन्द्रमसौ विधृतौ तिष्ठतो नान्यदतोऽस्ति द्रष्टा। (2) एतन्नु खल्वक्षरे गार्गि आकाश ओतश्च प्रोतश्च॥ Pleniorem praebet locum Madhusûdanus, quem itaque secutus sum, omissis tamen additamentis, quae textui inseruit eo consilio, ut videtur, ut nexum orationis illustraret; nam apparet locum continuum non fuisse exhibitum. Additamenta haec sunt: post अनणु (nam duo vocabula sequentia ad VIII, 3. non exstant, sed tantum XII, 1.) hoc: इत्याद्युपक्रम्य। post द्रष्टा autem hoc: इत्यादि मध्ये परामृश्य। Initio lemmatis secundi scripsi वै pro वा, pro अस्ति coniicio असि, एतन्नु corruptum videtur. Latine verba ita reddo: »*illud indivisum, o Gargi, sacerdotes proclamant esse neque crassum, nec subtile, nec breve, nec longum. In laudando isto indiviso continuo detinentur Sol ac Lunus, o Gargi, aliud quam istud non cernes. In isto indiviso aether, o Gargi, attextus est et contextus.*« L.

4, *a.* पुरुषः। Docent Scholiastae intelligendum esse primogenitum virum, पुरुषं वैराजं, qui in Solis circulo habitat, hunc sacrae scripturae locum in medium proferentes:

स वै शरीरी प्रथमः स वै पुरुष उच्यते।
अधिकर्ता स भूतानां ब्रह्माग्रे समवर्तत॥

Madhusûdanus male scribit शरीरे et आदिकर्ता। exhibet praeterea initium Upanishadis: आत्मैवेदमग्र आसीत् पुरुषविध इत्यादि उपक्रम्य। i. e. »*hoc initio anima fuit forma virili.*« Distichon sic redde: »*ille sane primus corpus induit, is sane vir dicitur, is entia superintendens coram Brahmane versabatur.*« L.

— *c.* Ad अधियज्ञः illustrandum iterum ad eundem fontem recurrit Çrîdharus, locum tamen quem laudat repetere supersedeo, quum editus iam sit; est enim *Mundak. Up.* III, 1, 1. द्वौ सुपर्णा etc. Pro dualis forma antiqua द्वा सुपर्णा etc. vulgarem

posuit Scholiasta. Quem autem affert locum Madhusûdanus, cum exscribere iuvat: पुरुषस्तेन यज्ञो यदेनं पुरुषस्तनुते। इत्यादि श्रुतेः। »*vir ideo sacrificium est, quod is id tendit.*« L.

5, *d.* नास्त्यत्र संशयः। Operae pretium erit h. l. de variationibus huius formulae strictim dicere. Locutio plena h. l. legitur, pro qua X, 7, *d.* नात्र संशयः et XII, 8, *d.* nec non Hitôp. II, dist. 115, *d.* न संशयः; adverbium असंशयं Bh. Gît. VI, 35, *a.* VII, 1, *c.* Hitôp. IV, 36, *d.* Duobus denique Gîtae locis adiectivum असंशय invenitur, VIII, 7, *d.* et XVIII, 68, *d.* atque in eadem prorsus iunctura: मामेष्यसि, sive -ति, *me adibis* sive *is me adibit.* Adiectivum si retinetur, referri debet ad subiectum et evadit sensus: is me adibit, utpote qui a dubitatione liber sit; sic sane Çrîdharus interpretatus est ad XVIII, 68. निःसंशयः सन्, dissentiente Maddusûdano, qui laudato Çrîdharo, ipse enarrat per अत्र न संशयः कर्तव्यः; ad alterum locum VIII, 7. uterque consentit in interpretamento संशयोऽत्र नास्ति। Adiectivum असंशय quum de personis positum sensu *haud dubitantis, confidentis* per libros frustra quaeratur, altera ratio melior quidem est, verum tamen non bona; nam etiamsi substantivum esse possit असंशय, *absentiam dubitationis* notans, inusitata tamen est talis huius nominis additio in fine sententiae et durior quam quae ferri possit. Postulat locus uterque adverbium, quod reposuissem, nisi omnes libros quotquot inspexi, in vulgata conspirantes repperissem. Vetusta itaque est corruptela, inde, ut videtur, orta, quod menti librariorum obversaretur usitata locutio न संशयः।

8, *b.* Ed. Calc. et ed. Mahâbh. Calc. tum inter codd. Lond. quatuor praebent चेतसा नान्यगामिना. Unice veram esse, quam ex libris Pariss. recepi lectionem, apparebit ex eis, quae de usu particularum अ et न disputavi ad V, 6, *d.* et III, 12, *c.* Alia exempla vocis अनन्य leguntur VIII, 22, *b.* IX, 30, *b.* XII, 6, *c.*

9, *b.* अणोरणीयांसं। Respicit noster locutiones antiquas, quales in commentariis Vêdorum dogmaticis leguntur, ut Kâth. II, 8. et 20, ubi prorsus eadem duo exstant vocabula. Quod mox sequitur *d.* तमसः परस्तात्, desumptum est e Mund. Up. II, 7. L.

10, *d.* Peccat hic versus contra metrum, una syllaba in ultimo hemistichio abundante. Nihil tamen variant libri, quorum praeter Paris. sex Londin. collati sunt; accedit ed. Mahâbh. Calc. II. p. 371. Haud infrequentes sunt tales versus tum in carminibus epicis, hoc metrum haud raro adhibentibus, tum praesertim in partibus Vêdorum metricis. Omissa praepositione उप, restituitur versus; at talia vetustatis vestigia temere removere nolui.

11. Hoc dist. cui commentarii loco adiecta sunt 12. et 13. variatum est ex Kâth. Up. II, 15.

सर्वे वेदा यत् पदमामनन्ति तपांसि सर्वाणि च यद्वदन्ति।
यदिच्छन्तो ब्रह्मचर्यं चरन्ति तत् ते पदं संग्रहेण ब्रवीमि॥ ओमित्येतत्॥

Adduntur etiam huic duo alia disticha, metro epico vulgari adstricta, amplificationem tenentia; unde patet, notum fuisse nostro poetae dialogum istum theologicum, Kâthaka dictum. Cuius rei exempla alia infra exhibebo; h. l. addere liceat iam supra II, distt. 19. et 20. desumpta esse ex Kâth. II, 16. 18. paucis tantummodo variatis. L.

12, *a.* Compara Kâth. V, 1. पुरमेकादशद्वारं et ad 12, *d.* eiusdem dialogi VI, 11. et 12.

यदा पञ्चावतिष्ठन्ते ज्ञानानि मनसा सह। बुद्धिश्च न विचेष्टति तामाहुः परमां गतिं॥
तं योगमिति मन्यन्ते स्थिरामिन्द्रियधारणां। अप्रमत्तस्तदा भवति योगो हि प्रभवाप्ययौ॥

Postrema verba per उपजनापायधर्मकः enarrat Çankarus, i. e. *devotio initium habens et finem.* Vellem, demonstrasset अप्यय (ab अपि et अय) idem esse atque अपाय (ab अप et अय); neque hoc sine argumentis credo celeberrimo philosopho. Sed hac de re amplius dicendum erit infra ad XI, 2, *a.* Ad

versus supra positos quod praeterea attinet, cave ne eos ad mensuram distichi epici vulgarem revocare aggrediaris. L.

16, *a.* Observat Madhusûdanus, etiam भवन legi eodem sensu, at praestat भुवन.

* 19, *a.* रात्र्यागमे ऽवशाः । In *ed. Calc.* omittitur aphaeresis nota, quam sententia omnino postulat. Ut hic dicit Krishnas: अवशः प्रभवति भूतग्रामः । similiter infra XI, 8: विसृजामि भूतग्राममवशं । Idem vocabulum, probe ab अवश्य distinguendum, repetitur a nostro III, 5, *b.* et XVIII, 60, *b.* *Adiect.* अवश a वश *voluntas*, cum अ privativo, significat *involuntarius;* dicitur porro etiam de iis, quae iniussu alicuius, sine consilio et proposito, sed impulsu quodam naturali eveniunt, ut tunc verti possit: *sponte, ultro.*

* 20, *a. b.* In ed. Calc. aphaeresis nota alieno loco posita huius versus sensum plane turbat, imo evertit:

परस्तस्मात् तु भावो ऽन्यो व्यक्तो ऽव्यक्तात् सनातनः ।

Vocalem, unde अन्य incipit, abiectam esse recte quidem indicatur; deinde autem ablata est aphaeresis nota a vocabulo, quod ea eget, et praemissa alteri, quod carere ea debebat. Qua commutatione tanto gravius peccatur, quia ante litteram sonoram व spiritus finalis eandem conversionem patitur, quam efficit अ privativum, quamvis elisum; ut adeo lector nullo signo errorem detegere possit. Exit inde sententia, vix Epicuro digna, res visibiles esse praestantiores invisibilibus atque aeternis, quam quis credat auctorem carminis proferre voluisse, quippe qui ubique docet, omnia e spiritu emanasse? At si lectio nostra opus habet argumentis comprobari, ea haud e longinquo erunt petenda. Conferas velim huius ipsius Lectionis sl. 18, *a.* et sl. 21, *a.*

LECTIO IX.

7, *b.* मामकीं। Codd. B. et D. Paris., codd. quinque Londin. et ed. Mahâbh. Calc. nec non Madhusûdanus praebent मामिकां, quae forma a V. cl. Wilsone in lexico suo non agnoscitur, at est tamen non solum legitima, verum enim vero vulgaris. cf. scholl. ad *Pánin.* IV, 1, 30. et *Siddh. Kaum.* fol. 33, *b.* infra. मामकी contra forma est Vêdica, et h. l. minus apta, quia ex scriptura sacra vix mutuatus est noster hoc distichon. L.

8, *a.* अवष्टभ्य। Reddideram *naturam meam complexus emitto* etc.; quam versionem uterque *censor Parisiensis* castigare aggressus est, ad Scholiasten provocans, cuius verba pari infortunio neuter intellexit. Verba *Çrîdhari* haec sunt: प्रकृतिमिति। स्वीयां स्वाधीनां प्रकृतिमवष्टभ्याधिष्ठाय लीनं सन्तं चतुर्विधमिमं सर्वभूतग्रामं कर्मादिपरवशं पुनश्चतुर्विधं सृजामि॥ Audi nunc analysin quae appellatur, a *V. cl.* Langlois propositam l. l. p. 242: अवष्टभ्य, *ayant établi*, प्रकृतिं, *la nature*, स्वां, *libre* (स्वाधीनां, *dit le commentaire*), विसृजामि, *j'y crée*, भूतग्रामं, *la collection des êtres*, अवशं, *devenue nécessaire*, प्रकृतिवशात्, *par la force imprimée à la nature.«* *Chézyus* l. l. p. 43. haud differt in explicatione pronominis स्वां, at adiectivum अवशं in adverbium mutat. Verba ipsissima apponere satius erit: »*J'ai reconnu, que* स्वां *ne devoit point être pris pour un pronom réfléchi se rapportant à Krishna, mais bien pour un adjectif en concordance avec le mot* प्रकृतिं; *et ce qui, je crois, confirme admirablement cette conjecture, c'est l'opposition qui, dans le second vers, doit se trouver entre* अवशं *et* वशात्; *le premier de ces mots devant être rendu par* necessario (*involontairement*), *et non par* ultro, *comme l'a fait le traducteur.«*

Coniecturam dicit magister id, quod pro certo venditat discipulus, स्व h. l. esse adiectivum eius notationis, ut sit

liber, a nemine pendens; quam exemplis demonstrare debuissent; nullibi enim praeterea invenitur. Neque eam sistit Scholiastes, qui non per प्रकृतिं स्वाधीनामवष्टभ्य enarrat, sed per स्वाधीनां प्रकृतिमवष्टभ्य, i. e. स्वां non praedicatum esse vult naturae, quasi dictum esset, uti hallucinatus est *Langlois*, omnino non vim verbi अवष्टभ्य perspiciens, *postquam naturam reddidi liberam;* sed ex mente Scholiastae स्वां est epitheton naturae. स्व autem quum ad subiectum sententiae semper referri debeat, de qua re dixi ad IV, 6, *c.*, valet: *meam* et Scholiastae स्वाधीनां *a me pendentem.* Oblitum est par censorum, prorsus eodem sensu positum esse supra VI, 6, *c.* स्वां प्रकृतिं, rectum ab अधिष्ठाय, uti hic ab अवष्टभ्य, et, quod vel maioris momenti est, si स्वाधीन h. l. significaret naturam a semet ipsa pendentem, re vera h. l. doceri Sânkhyam atheam, iuxta cuius systema natura a numine non pendet, sed a semet ipsa ob necessitatem quandam innatam ad creandum impellitur. In nostro contra carmine natura a numine non seiungitur, sed eius est ministra. Vide ad IV, 6, *c.* et praecipue VII, 4. et 5. In versione mea itaque nil mutavi praeter *complexus*, pro quo reposui *innixus*, quod propius ad vim verbi अवष्टभ्य accedit. *Madhusûdanus* स्वां explicat per स्वस्मिन् कल्पितां et अवष्टभ्य per दृढीकृत्य; prius nimis Vêdântam redolet.

अवशं adiectivum est, non adverbium, uti iam ad VIII, 19, *a.* explicui; adverbium qui ponit, ad विसृजामि referre debet et voluntatem ipsi numini demit. Involuntaria dicitur universitas rerum creatarum, siquidem eae pro arbitrio suo neque nascantur neque conditionem suam eligant, et ante earum creationem decretum iam sit, quam quaevis subire debeat sortem. Quod docet Scholiastes hisce verbis: *alienae voluntati obnoxiae quantum ad opera et quae cum eis coniuncta sunt.* Nimirum sine arbitrio obtemperant decretis naturae creatricis. Hoc definitur verbis

प्रकृतेर्वशात्, quae cum अवशं arete cohaerent et valent: *quia arbitrium vel auctoritas penes naturam est.* Arbitra enim est natura rerum creandarum, quatenus cuique sortem suam decernit et quasi arbitratur, sed iuxta legem sibi impositam, liberum autem arbitrium natura in creando non exercet, et delegato tantum defungitur officio. Quod denique profert *Langlois,* necessariam factam esse compagem rerum existentium, quasi imposita esset deo creandi necessitas, eius rei ne hilum quidem in textu exstat. S.

Conferre iuvat cum hoc loco quae in *Sânkhya Kârikâ* distt. 57 seqq. leguntur. वशात् eodem sensu quo h. l. saepius usurpatur et non voluntatem, sed *auctoritatem, potentiam, vim* indicat. Sic Sânkhy. Kâr. dist. 67. संस्कारवशात् valet: ob vim impulsus rotae dati, et dist. 65. अर्थवशात् prorsus est Germanicum: *kraft der Sache.* L.

अवस्तभ्य h. l. et infra XVI, 9, *a.* nec non संस्तभ्य III, 43, *b.* editum est; pariter उपस्तम्भकं Sânkhy. Kâr. d. 13. scripsi. Si Pâninem audis, primum sane per complexum cerebralem ष्ट scribendum est; de secundo nil praecepti repperi, in ultimo dubius haereo. Haud ignoro, a viro clar. et harum rerum peritissimo, Wilsone, in edit. sua Sânkhy. Kâr. Append. p. 2. postulari etiam उपष्टम्भक; at liceat mihi observare, argumentis satis certis carere viri doctissimi sententiam. Primum enim iusto latius interpretatur regulam Pâninis VIII, 3, 67. qua tantum docetur, radicis स्तम्भि vel स्तम्भु (de qua disceptant grammatici; cf. *Siddhânta Kaum.* fol. 233, recto, et Colebrookii, *gramm.* p. 254.) sibilum dentalem mutari in cerebralem post praepositiones in इ et उ exeuntes; at, quod inde deducit Vir cl. idem post alias praepositiones fieri debere, id eo minus concedere possum, quo certius sit, tum prorsus supervacaneam esse regulam seq. 68, quae iubet eandem mutationem fieri praefixa praepositione अव, si significatio sit *inniti* aut *vicino*

loco retinere, secus autem, si sensus sit *obruere*. Audi exempla: यष्टिमवष्टभ्यास्ते (= तामाश्रित्य तिष्ठति schol.) i. e. *pergit baculo inniti* (de verbis आस् et स्था hoc sensu usurpatis cf. adnot. ad *Hitôp.* p. 45. p. 86.); अवष्टब्धा गौः (= निरुद्धा समीप आस्ते schol.) *impedita vacca vicino loco remanet*; अवस्तब्धो (sic enim scribe) वृषलः शीतेन, *obruitur frigore homo ordinis infimi.* Secundo loco tenendum est, observari debere, regulam generalem, nisi decreto speciali aliquid in contrariam partem praescriptum sit. Itaque iuxta regulam specialem VIII, 3, 114. scribendum quidem est प्रतिस्तब्ध et निस्तब्ध contra reg. generalem VIII, 3, 67. et iuxta VIII, 3, 116. in aoristo reduplicato पर्यतस्तम्भत् et अवातस्तम्भत् contra regg. VIII, 3, 67. et 68. At praepositiones उप et सम् quum neque in इ vel उ exeant, nec speciale quid de eis decretum sit a grammatico, consequi videtur, ut iuxta regulam generalem recte scribatur उपस्तभ् et संस्तभ्. L.

* 10, *a.* मयाध्यक्षेण. Sic Codd. universi (et ed. Mahâbh. Calc.). Ed. Bhag. Gîtae Calc. contra मयाध्यक्ष्येण। quae lectio non aliter defendi potest, quam si nobis fingamus derivatum ab अध्यक्ष, *inspector*, nomen abstractum: आध्यक्ष्य, *inspectio, munus inspectoris.*

15, *a.* ज्ञानयज्ञेन। Similiter Manus IV, 23.

ज्ञानेनैवापरे विप्रा यजन्त्येतैर्मखैः सदा।
ज्ञानमूलां क्रियामेषां पश्यन्तो ज्ञानचक्षुषा॥

16, *b.* स्वधा। Reddidi per *libatio*, quod reprehendit vir cl. Langlois in Ephemer. Soc. Asiat. Paris. vol. VI, p. 242. *preces* significari opinatus. Falsum cum esse comprobavi in eisdem Ephem. vol. IX, p. 28. adducens locum Manûs III, 223. et appellationem Manium स्वधाभुज् ex *Hémachandri* Lex. II, 2.

17, *d.* Absurde contendit Madhusûdanus, copula च indicari Vêdum quartum, Atharvanis dictum: चकारादथर्वाङ्गिरसो ऽपि गृह्यन्ते, semelque sit monitum, ab eodem interprete per-

multis aliis locis ex copula extorqueri omnia, quibus egeat ad textum more suo enarrandum.

21, *c.* Madhusûdanus in textu exhibet: एवं हि त्रैधर्म्यं, quod etiam in scholl. enarratur, laudata tamen vulgata lectione. At refragantur ceteri libri omnes et sensus idem remanet.

22, *d.* योगक्षेमं। Duo sistit vocabula uterque scholiastes: योगं च क्षेमं च; posterior reddit per: योगक्षेमं अलब्धस्य लाभं लब्धस्य परिरक्षणं च। Cf. tamen quae supra disserui ad II, 45. S.

Iam in libellis Vêdorum dogmaticis legitur hoc vocabulum, de quo tanta interpretum lis est. Sic Kâth. Upan. II, 2.

श्रेयो हि धीरोऽभि प्रेयसो वृणीते प्रेयो मन्दो योगक्षेमाद्वृणीते।

i. e. »*Mente firmus dulci praeoptat faustum, stultus dulce praeoptat securitati.*« श्रेयस् *faustum, bonum*, dicitur h. l. योगक्षेम sive securitas, quia is, qui id amplectitur, certo ad summam salutem pervenit. Hoc propter oppositionem, quae inter ambo versus membra intercedit, tam clarum est, ut mirari liceat Çankaram ita explicantem: शरीराद्युपचयरक्षणानिमित्तं i. e. »*ob eam caussam, ut corpus et similes res prosperae sint et conserventur.*« Itaque interpretatus est: *ob securitatem;* at sunt ex mente istorum sapientum corpus et similia res vel maxime instabiles. L.

25. Ad hunc et similes Gîtae locos conferri potest Mundak. Upan. III, fine:

यं यं लोकं मनसा संविभाति विशुद्धसत्त्वः कामयते यांश्च कामान्।
तं तं लोकं जायते तांश्च कामांस्तस्मादात्मज्ञं ह्यर्चयेद्भूतिकामः॥ L.

33, *b.* भक्ता। Ed. Calc. Codd. D. et Berol. भक्त्या; Codd. contra B. C. et quinque Londin. ut edidi, neque aliter ed. Mahâbh. Calc.; eandem scripturam denique in scholl. repetit Madhusûdanus. — *Si भक्त्या admittimus, iungendum erit cum voce praecedente: »Brahmanae sancti *cultu numinis.* At tunc राजर्षयः epitheto suo carebit et perit omnis sententiae concinnitas.

LECTIO X.

4, *c.* सुखं दुःखं भवोऽभावो । In hisce verbis interpretandis olim id potissimum respexi, भव significare *originem*, भाव contra, *existentiam* (illud Germanice *Werden* dicimus, hoc *Seyn*), et contrarium prioris proprie esse अभव, posterioris autem अभाव; quum itaque oppositio inter भव et अभाव iusta non esse videretur, ut inter सुखं et दुःखं, भयं et अभयं, et commentarius Indicus ad manum non esset, factum est, ut सुखदुःखसंभवः in unum compositum cogere tentarem, aphaeresis notam in editione Calcuttana omissam sequenti vocabulo non adderem, et Latine verterem: »*conditio voluptatis dolorisve capax.*« Çrîdhari scholio: भव उद्भवः । अभावस्तद्विपरीतः edocti interpretationem meam recte impugnarunt censores, quorum unus, Langlois, l. l. p. 245. eo offenditur, quod भव et अभाव non prorsus contrariam notionem praebeant, alter, Chézyus, l. l. p. 45. difficultatem scindere conatur dicendo: nihil fere interesse inter अभव et अभाव, poetam itaque metri caussa penultimam produxisse. Mala sane haec est excusatio poetae, si credendus est metri caussa confudisse verba distincta; neque ea egebimus, si rem accuratius perpenderimus. Opposita sibi sunt ista verba, at perfecta non est oppositio neque esse debet. Priori vocabulo oriri dicuntur animantia; si contrarium अभव addidisset poeta, asseruisset, ea non oriri, quod ab eius sententia est alienum. Dicere voluit, ea mori; mors autem privatio est existentiae; altero loco itaque subiunxit अभाव. Discrimen hoc sensisse videtur *Madhusúdanus*, अभाव per असत्ता explicans.

6. Reddideram olim: *Septem Sapientes prisci, nec non quaterni Manues;* et ita sane suadet ratio grammatica. Mentionem huius interpretationis iniicit Madhusûdanus, praefert tamen eam, quam solam sistit Çrîdharis et equidem

nunc Latine expressi. Laudo eius verba ipsissima: सप्त महर्षयो भृग्वादयः --तेभ्योऽपि पूर्वेऽन्ये चत्वारो महर्षयः सनकादयः। Nimirum numerus quaternarius a Manuum nomine (vid. *Man.* I, 36.) alienus est, et inveniuntur sane quatuor primogeniti Brahmanis filii, *Sanatkumâras*, *Sanakas*, *Sanâtanas* et *Sanandanas* dicti, qui progeniem nullam ediderunt; variatio tamen quaedam est tum nominum, tum numeri. Conferre nunc iuvat utilissimum Wilsonis opus, *Vishnupurâna* p. 39, not. 13. Vellem tamen edoceri, quomodo de his nostro loco dici possit, ab eis propagatum esse genus humanum, nisi verba येषां लोक इमाः प्रजाः। ad solos Manues referri debeant. Ad septem Sapientes quod attinet, constat सप्तर्षि (vid. Wils. lex. s. v.) dici de septem magnis Sapientibus, quorum nomina stellis Ursae maioris attribuuntur. Eadem nomina pertinent ad Progenitores mundi (प्रजापति), qui enumerantur in *cod. legum* Man. I, 34. 35. ibique etiam महर्षि dicuntur. Numerus autem eorum non septenarius est, sed denarius. Nostro itaque loco intelligendi esse videntur non decem Progenitores, sed septem Sapientes. Errat denique scholiastes, quum dicit: भृग्वादयः। nam Bhrigus, una cum Nârado et Prachêtaso, ad septem Sapientes non refertur.

7, *a.* विभूति। De notione huius vocabuli plura disputabuntur in Indic. verbb. Cf. praeterea quae ea de re disseruit desideratissimus Rosenius in *radd. Sanscr.* p. 122.

12, *d.* आदिदेवं। Recurrit XI, 38, *a.* Eodem modo Manus dicitur आदिराजः। *Râm.* I, VI, 6. Çaiouanus: आदिश्चासौ देवश्च। quae est scholiastarum ratio talia composita explicandi.

13. Respicitur haud dubie locus ex Upanishade quadam, quo, ut saepe fit in commentariis Vêdorum dogmaticis isto nomine dictis, Sapientes hi colloquia de summo numine instituentes exhibentur. De Asito et Devalo cf. Index nomm. propr. Nâradus et Vyâsus noti sunt. L.

28, *c.* प्रजन et masc. et neutrum est, si *procreationem, generationem* notat; vid. Wils. lex. s. v. Legitur hoc sensu apud Man. IX, 61. 96. 121. ibique cf. scholl. Procreatorem si significat, masculini tantum generis esse potest.

31, *c.* Inter pisces sum *Hippocampus.* — Rectius vocabulum Sanscritum Makara per pristim expressissem. Etenim hippocampus est animal plane fabulosum, a parte anteriore equi speciem referens, clunibus truncum et in flexam piscis caudam desinens. Tali equo marino apud Graecos Nereïdes et alia oceani numina plerumque vehi credebantur. Cf. Plin. H. N. XXXVI, 4, 13. Passim visuntur hippocampi in signis veterum marmoreis, anaglyphis, gemmis et picturis. Ac iure quidem admiramur ingeniosam audaciam sculptorum pictorumque Graecorum, quae in formosis monstris fingendis vel maxime eminet. At Makari nomen veram belluam aquatilem designasse videtur. Quae quum inter signa Zodiaci relata sit, oblata mihi fuit occasio, accuratius in eius naturam inquirendi. Liceat adscribere, quae in commentatione *de Zodiaci antiquitate et origine* nuper disputavi.

»Amarasinhas post enumeratas varias piscium species ad cetera aquatilia (यादस्) progreditur hunc in modum:

तद्भेदाः शिशुमारोद्रशंकवो मकरादयः ।

»*Horum genera sunt: delphini, lutrae, raiae, makari ac* »*similia.* Colebrookius ad h. l. dubitat, utrum balaena sit »an phoca. At balaenarum vix notitiam habere potuerunt »Indi, etsi navigationis per oceanum antiquitus haud inex»perti. (Cf. *Manûs Legum* Cap. VIII, 157.) Phocarum quae»nam sit frequentia in mari Erythraeo, ignoro. De squalo »(Francogallice: *requin*) non est cogitandum; hunc enim »glossator separatim nominat. Mêdinis haec duntaxat habet:

मकरो यादसो भेदे निधिराशिप्रभेदयोः ।

»*Makarus* est 1) genus aquatilium; 2) gemma quaedam in »Cuveri thesauro; 3) certum aliquod signum Zodiaci. In »*Bhagavad-Gíta* Crishnas, dum declarat, se praestantissimum »quodque esse in omni genere, eamque ipsam virtutem, qua »animantia vigent, dicit inter alia:

झषाणां मकरश्चास्मि ।

»Inter pisces ego sum *Makarus*. In omnibus hisce non in- »est descriptio. Makaro vehitur Varunus, pelagi deus; eun- »dem in vexillo ostentat Cupido Indicus: sed in effigie ani- »malis, fama quam visu notioris, non fieri potuit, quin ad »diversa sculptores et pictores aberrarent. Mihi probabile »fit, proprie hoc nomine designari *pristim*, rostro praelongo, »acuto et utrinque serrato insignem, quae in quindecim pe- »dum longitudinem excrescit. (Cuvier *le règne animal.* T. II, p. 392. *Les Scies.* Pristis antiquorum. Lath.) Plinius affir- »mat, in Indico mari esse pristes ducenûm cubitorum, »cuius miraculi fides penes auctorem esto.«

Confirmat opinionem meam Zodiacus lacunari templi olim diruti insculptus, quem prope Cumariae promontorium Iohannes Call, Anglus, invenit ac delineavit. Ibi enim cernitur piscis rostro acuto et praelongo munitus. (Philosophical Transactions. Lond. 1772. Vol. LXII, p. 358.) Davisii Zodiacus crocodilum exhibet. (Transact. *of the R. As. Soc. of Gr. Brit. Tab.* I.) Inter imagines numinum Indicorum quas Jonesius aeri incidendas curavit, Varunus bellua marina vehitur, crocodilo haud absimili, sed cruribus carente. (As. Res. *Vol.* I, *pag.* 252.) Si quando in Zodiacis Indicis sculptis aut pictis recentioris aevi Capricornus cernitur cum dorcadis capite pro caprino, id ex peregrinorum imitatione irrepsit; quod nec mirum, quum Makari eadem sit statio in orbe signifero.

36, *a.* छलयतां । Quam parum intellexerit vir clar. Lan-

glois doctrinae, quae h. l. traditur, tenorem, eo demonstravit, quod ex coniectura sua scribere vellet चलयतां। *ludentium* id significare asserens. l. l. p. 246. At चल् radix classis decimae nullibi talem praebet significationem.

41, *b.* ऊर्ज्जितं। In *ed. Calc.* वर्ज्जितं exstat, quod in ed. mea priori retinueram; adnotaveram tamen, in codd. Pariss. B. C. D. legi ऊर्ज्जितं। Posthac repperi, a neutro scholiasta agnosci वर्ज्जितं, conspirare contra in ऊर्ज्जितं *ed. Mahâbh. Calc.* et *codd. Londin. sex.* Si *eximium* significaret वर्ज्जितं, ferri posset, at desunt exempla huius significatus et silent de eo lexicographi.

42. *b.* ज्ञानेन। Huius vocis loco *ed. Calc.* et *ed. Mahâbh.* praebent ज्ञातेन; idem *cod. Berol.* in textu, at non in scholl. Veram scripturam iam in priori ed. praetuli.

— *c. d.* Mirum in modum hunc versum explicare conatus est vir cl. Langlois, cuius verba l. l. p. 247. ita audiunt: »*N'est-il pas possible d'adopter un autre sens, en opposant* स्थितः *à* एकांशेन? *j'ai fondé tout ce monde avec une partie de moi-même sans avoir perdu de ma substance,* nullâ re deminutus. *Telle est l'idée du commentaire*: न मद्व्यतिरिक्तं किंचिदस्ति।« Ita is quidem; at unde tandem, quaeso, ista non deminuti notio? Num स्थितः ita accipi vult interpres novus? Constat sane, स्थित significare posse: *qui constitit, qui remanet certa quadam conditione;* sed tam longe abest, ut unquam valeat: *integrum remanere*, ut ne unicum quidem exemplum eius rei indagare mihi contigerit. Quae quum ita sunt, cadit omnis inter एकांशेन et स्थितः oppositio. Scholiasten porro quod attinet, eius verba iterum, ut solet, parum assecutus est vir doctus. Valent ea quidem: *a me seiunctum nil est sive exclusum,* at minime pertinent ad स्थितः: et reddunt contra sententiam totius versus; si magis unum spectant vocabulum, quam cetera, referri debent ad कृत्स्नं जगत्,

universum mundum et sententia vix differt ab ea, quae supra IX, 4—6. proponitur.

Vir clar. Chézyus l. l. p. 46. hanc versionem in medium profert: »*Mais qu'est-il besoin, o Ardjouna, d'accumuler tant de preuves de ma puissance! — Un seul atome émané de moi a produit l'univers, et je suis encore moi tout entier!*« addens: »*Mot sublime, confirmé par le com*»*mentaire:* ब्रह्मैव स्थितः। न मद् etc.« quae verba mox laudavi. Atomum hanc, quae alienissima est ab huius carminis doctrina, si omittimus, explicatio haec a priori vix differt, nisi in eo, quod maxime niti videtur Chézyus scholiastae verbis ब्रह्मैव स्थितः, *equidem constiti.* At apparet, non additum esse, qua ratione constiterit deus, neque omitti posse ad hanc enarrationem efficiendam praedicatum participii स्थितः, quale foret सकलः vel simile quid.

Eandem interpretationem video nunc propositam fuisse a Schlegelio, quo fit, ut vix ausim in aliam abire sententiam. At liceat tamen in medium proferre quid sentiam, ut ipse harum rerum accuratissimus arbiter iudicium faciat.

विष्टभ्य per *stabilito* aptissime reddidit Schlegelius; primaria enim huius verbi significatio est: *firmo loco sistere, firmare, stabilire.* cf. *Nal.* epis. II, 30. अन्तरिक्षे विष्टभ्य विमानानि i. e. »*postquam currus in aere stabiliverant*«; aër sane firmus non est locus, at deorum est Indicorum, aëre uti pro solo firmo. *Hitóp.* II, dist. 120: मन्त्रिणि पादौ विष्टभ्य, i. e. »*pedes imponens ministro.*« Ita nostro loco intellexit etiam Çrídharus, per धृत्वा i. e. *sustinendo*, vel व्याप्य, i. e. *pervadendo*, enarrans. *Erigendi* contra, *condendi* vel *creandi* vis huic verbo non inest, quam ponit uterque criticus Francogallus.

Dicendum nunc est de constructione, in qua enodanda proprio mihi marte versandum est. स्था cum absolutivo con-

iunctum induit partes verbi auxiliaris et valet: *pergere id facere quod absolutivo significatur.* Sic infra XIII, 13, *d.* सर्वमावृत्य तिष्ठति। i. e. *semper omnia comprehendit;* supra X, 16, *d.* लोकान् व्याप्य तिष्ठसि। i. e. *mundos continuo permeas;* *Manûs* cod. XII, 14. महान् क्षेत्रज्ञ एव च - - तं व्याप्य तिष्ठतः। i. e. »*Magna (mens) et spiritus vitalis hunc* (भूतात्मानं i. e. corpus sive potius spiritum corporeum, eum qui opera agit, यः कर्माणि करोति, ut dicitur ibid. dist. 12.) *semper pervadunt.*« *Standi* notionem in talibus iuncturis non esse tenendam, iam olim observavi ad *Hitôp.* II, p. 45. ut in exemplo ibi excitato: प्रच्छाद्य पृथिवीं तस्थुः शरीराण्यशिरस्कानि; corpora sane, truncata capitibus, stare nequeunt, at *continuo* terram tegunt. Quidni itaque h. l. vertere liceat: *continuo ego universum hunc mundum aliqua mei portione stabilio sive sustineo?*

Ad sententiam quod attinet, nec de creatione mundi h. l. sermo est, nec de integritate dei, quae incorrupta remanet, etiamsi pars numinis rebus creatis infunditur; sed docetur, in rerum universitate omne quod eminet et cuiusque rei est optimum, ortum esse e portione numinis ei infusa, ut dicitur dist. antec. यद्यद् - मम तेजोऽंशसंभवं। Sequitur tum in fine amplificatio: quid multa? hac ipsa divina rerum portione equidem omnem mundum sustineo. L.

LECTIO XI.

2, *a.* भवव्ययौ। Licet optime se habeant haec vocabula, dubitari potest, praebeantne veram huius loci scripturam. Nam praeter *edit. Mahâbh. Calc.* legit uterque scholiastes भवाप्ययौ, quod redditur per सृष्टिप्रलयौ। Codices Londin. quum ad h. l. non contulerim, dubium est, utrum omnes in vulgata scriptura consentiant, necne; nihilo tamen minus contendere audeo, alteram minime esse spernendam; nam et

docta est lectio et aliis exemplis satis confirmatur. Excitavi eam supra ad VIII, 12. ex libello Vedico; adde nunc versum *Manûs* V, 97, *c. d.* शौचाशौचं हि मर्त्यानां लोकेशप्रभवाप्ययं। i. e. »*puritas sive impuritas mortalium a tutoribus mundi et oritur et removetur.*« Scripturam defendunt scholiastae ambo, variant quidem librariorum nonnulli; vid. adnot. virr. clar. Haughtonis et Loiseleuri; at collatis variationibus, apparet, eas deberi ignorantiae locutionis insolitae. Taceo nunc quae in ea tentata sunt tum ab editoribus codicis legum, tum a Chézyo apud Loisleurum p. 417. Omnes enim, aliis exemplis non moniti, in reiicienda scriptura: -अप्ययं concinunt. Unus Burnoufius noster (vid. *Journal As.* IX. p. 254) patrocinium vocis अप्यय, licet haesitans, suscepit et recte vidit, eam ex praepositione अपि et nomine अय, ab इ *ire*, esse conflatam; suspicatur notionem compositi esse *finem, terminum*, at id non enodat, quomodo factum sit, ut praepositio अपि, quae Graece audit ἐπί et in ceteris compositis, quorum praeter अपिधान et अपिनद्ध a Wilsone nulla laudantur, tueatur prorsus eandem vim eius quod est: *insuper*, cum इ in tam diversum abeat significatum. Nam hunc si spectas, ubique अप्यय valet *obitum, discessum*, quasi अप esset, non अपि. Quam difficultatem equidem non omnino tollere possum, at demonstrare tamen, antiquiori sermone अपि saepius usurpari sensu ab अप vix diverso. cf. Rigvêd. h. 121, 10, *a.* तमसो अपीतेः, *tenebrarum discessu;* videtis prorsus esse eandem compositionem; nam इति ab इ alio est affixo derivatum. Satis evictum itaque reor, अप्यय antiquum et bonae notae esse verbum, *discessum* significans, et compositum भवाप्यय et quod idem fere est, प्रभवाप्यय, ab antiquis fuisse usurpatum. Quae quum ita sint et multis iam exemplis edocti simus, amatorem locutionum vetustarum et Vêdicarum esse nostrum poetam, vix dubito, quin is scripserit भवाप्ययौ। L.

* 7, *a.* इहैकस्थं जगत् कृत्स्नं । Sic e codicibus dedimus. Editio Calcuttana इहैकं यज्जगत् कृत्स्नं । Quae lectio quoad grammaticam quodammodo toleranda foret, nisi quod pronomen relativum plane abundat; sed ratio philosophica laborat. Non hoc, mehercle, voluit poeta, corpus universitatis unum ac simplex esse; sed, quamvis multiplex, in numinis unitate illud comprehendi. Omne dubium tollitur eadem locutione infra repetita, 13, *a.* — Nunc video, veram scripturam etiam in ed. *Mahâbh. Calc.* exhibitam esse, nec non in quinque *codd. Lond.*

8, *a.* शक्ष्यसे । Ita scripsi pro शक्यसे, quod praebent libri omnes, at culpa librariorum. Nam Madhusûdanus, postquam न शक्यसे explicuit per न शक्नोषि, pergit: शक्ष्यसे। इति पाठे शक्तो न भविष्यसि, et hinc apparet, etiam Çrîdharum, cuius verba nunc sic se habent: शक्यसे शक्तो न भविष्यसि, शक्ष्यसे ante oculos habuisse. शक्यसे falsum est, quia passivam semper habet significationem. Tribuit quidem vir cl. Wilso radici शक् quartae class. sensum activum: *posse, valere,* aeque atque eidem radici, si ad quintam deflectitur. At usus loquendi restringit cum clariss. Wilkinsio vim *patiendi* ad classem quartam et quintae vindicat notionem eius quod est *posse;* quae contrarii usus exempla passim emergunt, vix certiora sunt quam quod in vulgata loci nostri scriptura quondam exstitit.

11, *c.* दीप्तं । Sic scripsi ex coniectura, pro देवं, quum offenderer usu insueto vocabuli देव pro adiectivo, quem v. cl. Wilso in Lexico suo s. v. plane non agnoscit. At nunc video omnium librorum scripturam esse देवं; nam ex *codd. Paris.* et *Lond.* nil variationis ad vulgatum देव aut ipse enotavi aut in schedis Lasseni enotatum invenio; vulgatam tuetur etiam ed. *Mahâbh. Calc.* et defendunt scholiastae, per द्योतनात्मकं eam explicantes. देवं itaque restitutum vellem. S.

Pertinet etiam hoc vocabulum sensu adiectivo *lucidi, splendidi* ad vetustiorem linguam, uti nunc multis *Rigvêdae* locis probari potest; atque primaria quidem notio radicis दिव् est *splendere*; a दिव् porro per *Samprasâranam* fit द्यु, unde द्यो, द्युति, द्योत et mutatione Prâcritica ज्युत et ज्योतिस्, quibus vocabulis omnibus inest significatio *lucis* et *lucendi*. Exempla quaedam haec sunt. Rigv. I, 19, 3. ये महो रजसो विदुर्विश्वे देवासो अद्रुहः। मरुद्भिरग्न आगहि। *Cum Marutibus qui copiam aquae norunt*, *OMNES NITIDI*, *nemini nocentes, Agnis! veni.* Rosen. ib. 91, 23. देवेन नो मनसा देव सोम। *lucida nobis mente, lucide Soma!* Ros. ib 94, 13. देवो देवानामसि। *Splendidus inter deos es;* et sic permultis aliis locis, quos ad mentem scholiastae reddidit Rosenius. L.

12, *c.* भाः। Sic scripsi cum schol. utroque pro भा, ut olim edideram; praestat enim h. l. forma भास्, quia eadem mox repetitur.

* Si interpunctione uterentur Indi in carminibus alia, quam qua versuum et distichorum finis indicatur, ponendum foret comma post: यदि भाः। ibi enim terminatur demum protasis, et hinc incipit apodosis. Obiter hoc moneo, ut lectori minus exercitato difficultatem amoliar, inde ortam, quod coniunctio, qua tota sententia regitur, eiusdemque subiectum, in proximum versum reiiciuntur.

16, *b.* *Madhusûdanus* ubique fere in distichis hisce mensurae longioris pro त्वां scribit त्वा, cui in scholiis repetito subiungitur interpretamentum त्वां, exceptis 21, *d.* 24, *c.* et fortasse nonnullis aliis locis; nam ubi repetitum non est त्वां in scholiis, ob incuriam librarii scriptura diiudicari nequit. Apparet itaque, formam त्वा ei habitam fuisse loco dictionis minus usitatae, ideoque solennioris. L.

16, *d.* Edd. *Calc. Bh. Gîtae* et *Mahâbh.* विश्वरूपं। *Codd. Paris.* et maior pars *Londinensium* -रूप. *Madhusûdanus* in

textu -रूपं, at in schol. रूप praebet, addito geminum huius versus vocativum positum esse प्रतिसंभ्रमात्.

* In fine versus antecedentis recte ponitur accusativus, quoniam refertur ad *acc. pron.* त्वां, huc autem non facit. Praecedit enim eiusdem pronominis genitivus तव. Requiritur itaque in epitheto Krishnae aut genitivus, quem metrum respuit, aut vocativus, cum vocabulo praecedenti optime congruens.

22, *b.* विश्वे - - उष्मपाः। * Notetur in विश्वे (*nom. plur. masc.*) declinatio pronominalium servata, etsi e pronomine विश्व factum est nomen proprium ordinis cuiusdam semideorum. —

उष्मपा quid sit, edoctus sum post primam editionem tum a scholiastis, tum a Wilsone, qui in editione lexici sui altera haec profert: उष्मप *m.* (-पाः), *a heavenly spirit of an inferior order.* Accuratius vocem definit *Çrídharus:* उष्माणं पिबन्ति। इति उष्मपाः पितरः। उष्मभागा हि पितर इत्यादिश्रुतेः। स्मृतिश्च। यावदुष्णं भवेदन्नं यावदश्नन्ति वाग्यताः। पितरस्तावदश्नन्ति यावन्नोक्ता हविर्गुणाः॥ इति॥ Versus extant *cod. Manûs* III, 237. Usus sum hoc disticho et aliis eiusdem libri (III, 226—227; 267—272.) ad explicandam istam Manium appellationem. Vid. *Ephemer. Soc. Asiat. Paris.* Vol. IX. p. 18. Nimirum fruebantur Manes cibis, dum calidi remanebant; उष्मन् calorem notat, भाग portionem; cis seponebatur quasi cibus, dum calidus fuit. Quod attinet ad उष्मपा, aut latiori sensu positum est पा, *bibere*, pro *frui*, aut referendum est ad sorbitiones, quibus vaporem ciborum calidorum haurire credebantur Manes.

27, *d.* उत्तमाङ्गैः i. e. शिरोभिः। scholl. Latiori tamen sensu usurpatur a *Manu.* cf. VIII, 300. ibique scholl.

28, *d.* अभिविज्वलन्ति। Çrídharus ante oculos habuit अभितो ज्वलन्ति। enarrat enim सर्वतः ज्वलन्ति, licet cod. Paris. in scholl. repetit अभिवि॰; at cod. Berol. अभितो praebet et ita editum est in *edit. Mahâbh. Calc.* In *Madhusúdani* codice Rosen.

in textu quidem legitur अभिज्वलन्ति, addito in margine वि, at inscite hoc factum est, siquidem primo loco in commentario exstat: अभितः सर्वतो ज्वलन्ति, tum accedit hoc scholion: अभिविज्वलन्ति । इति वा पाठः। Praestare videtur par praepositionum, quo duae notiones ponuntur, et obvias esse flammas et spargi eas in diversas partes.

35, *c.* नमस्कृत्वा। * Longe usitatior est altera forma: नमस्कृत्य, cuius exempla cumulare admodum facile foret. Nal. IV, 1 et 14. Sic et *Bhattôjidîkshitas* in exordio grammaticae suae: मुनित्रयं नमस्कृत्य। Illam metri gratia praetulisse poeta videtur: nam in quovis hemistichio huius metri syllaba longa quartam sedem occupat. Utrum in verbis cum eiusmodi particula indeclinabili, inter praepositiones haud referenda, compositis formam त्वा usurpare liceat, dubitare nos sinunt regulae, quae hac de re a grammaticis Anglis traduntur. Wilk. Gramm. §. 749. »य, called ल्यप् or यप् is substituted for त्वा, »when the word is compounded *with an indeclinable par-* »*ticle*, particularly with a preposition. Negatives and pri- »vatives, however, are not included in this rule.« Nec aliter fere ceteri. Sed haec minus accurate dicta censeo, et, nisi fallor, regula sic erit constituenda: In verbis simplicibus, vel cum अ privativo duntaxat coniunctis, forma त्वा unice valet; in compositis cum praepositionibus forma य eodem privilegio fruitur; in compositis cum aliis indeclinabilibus utramque formam adhibere licet. Saltem grammatica supra laudata, quae *Siddhânta-Kaumudî* inscribitur, proponit multa exempla gemini usus in verbis भू et कृ, quibus prae ceteris indeclinabilia adhaerescere solent. —

Exceptiones a regula generali quasdam Vêdis proprias memorat Pâṇines. VIII, 1, 38.

37, *d.* सदसत्तत्परं यत्। Reddidit et nunc et olim Schlegelius per: *enti et non enti quod penitus subest.* Repre-

heudit hanc versionem vir cl. Langlois, l. l. p. 249. haec promens verba: Sl. 37. *Je ne pense pas que les derniers mots du deuxième vers, doivent être traduits comme l'a fait M. Schlegel: enti ac non enti quod penitus subest. D'abord* सदसत् *est déjà une expression employée plusieurs fois pour désigner le grand Être, comme comprenant l'esprit et la matière, ou comme auteur de la création et de la destruction des choses,* व्यक्तं et अव्यक्तं. *Il reste tad param yat: le pronom tad pourrait indiquer Dieu revêtu des formes matérielles de la nature. Mais, sans recourir à cette explication, ces trois mots se traduisent naturellement ainsi:* तयत् परं *(sous-entendu)* अस्ति, *illud quod est superius et cette traduction est celle du commentaire.*

Nolo nunc detineri nec refutanda interpretatione, quam protulit Vir cl. vocabulorum सदसत्, व्यक्त et अव्यक्त, nec demonstrando, significationem pronominis तद्, qua in libris Vedicis de summo numine et uuiverso mundo usurpatur, et falso esse definitam et omnino a nostri loci ratione abhorrere; sed coarctata disputatione de solis verbis postremis तत्परं यत् dicam.

Ac recte quidem asserit Vir cl., ea a scholiasta explicata esse per *quod est superius,* at totam eius sententiam non prodidit et veram quae in hoc loco inest difficultatem non perspexit. Cum scholiasta itaque potius quam cum Viro cl. res est agenda. Verba illius autem haec sunt: सद् व्यक्तं। असद्व्यक्तं च। ताभ्यां परं मूलकारणं यदक्षरं ब्रह्म तच्च त्वमेव। quorum sensus hic est: »Tu es etiam id summum numen (अक्षरं i. e. ब्रह्म), quod rebus manifestatis (सद् i. e. व्यक्तं) et nondum manifestatis (असद् i. e. अव्यक्तं) superius est, quod ideo est ultima earum caussa.« तत्परं itaque explicat per मूलकारणं, अक्षरं per ब्रह्म, ad quod per relativum यत् referuntur verba antecc.

et satis accurate sententiam reddidit Schlegelius; summa enim quae est rerum existentium et non existentium caussa, eis subest, et ad scholiasten contra eum provocare satis inopportunum fuit.

Restat mihi tamen difficultas quaedam grammatica in ratione scholiastae. Suspicari quidem possis, eum verba सदसत्तत्परं pro composito ad antecedens अक्षरं referendo habuisse; quod fieri non potest, quia id dissolvi deberet in सदसद्भ्यां तत्परं; तत्पर autem *deditus, addictus* significat et vocabulo पर sensu *superioris* praefigi nequit तत्. Eiusmodi erroris tamen Çrîdharum reum non fuisse suadet Madhusûdanus, qui eius opinioni assentitur, hisce verbis usus: किं च। सद्विधिमुखेन प्रतीयमानमस्तीति असन्निषेधमुखेन प्रतीयमानं नास्तीति। अथवा। सद्व्यक्तमसद्व्यक्तमेव (Cod. क्तं त्वमेव)। तथा तत्परं ताभ्यां सदसद्भ्यां परं मूलकारणं यदक्षरं ब्रह्म तदपि त्वमेव। त्वद्भिन्नं किमपि नास्तीत्यर्थः॥ Seiungit itaque तत्परं a सदसत् et uterque construunt (अक्षरं) यत् ताभ्यां (sc. सदसद्भ्यां) परं। Ad sensum quod attinet, optime se habet explicatio atque id solum dubitationem mihi movet, quod aliud exemplum huius compositi sensu *superioris, praestantioris* memoriae meae non obversatur, quamvis cum ablativo constructum frequentissime legitur पर, ut *Bh. G.* III, 42. VII, 13. XIV, 19. et परतस् III, 42. Neque ea notatione usitari videtur तत्परं, ut valeat अतःपरं, *deinde*. Magis ideo in eam opinionem inclino, पर nostro loco significatione usitatissima *summi* esse accipiendum, quae aptissima sane est, quia sensus tum erit: *tu es id, quod summum est.* Eadem dubitatio adhaeret alii loci scripturae तत्परं च यत्. de qua certiores nos fecit Madhusûdanus, post verba mox laudata ita pergens: तत्परं यत्। इत्यत्र यच्छब्दात्प्राक् चकारमपि केचित् पठन्ति। Ad sententiam quod attinet, optime ea quam ego praeferendam esse censeo, cum aliis nostri carminis locis et cum tota veterum Indorum philosophia consentit. सदसत् semet ipse appellat Krishnas IX, 19, d. et

prorsus ad idem redit, quod dicitur *Man.* I, dist. 11. de summa rerum caussa: यत् तत् कारणमव्यक्तं नित्यं सदसदात्मकं। तद्विसृष्टः स पुरुषो लोके ब्रह्मेति कीर्त्यते॥ i. e. »*caussa illa, quae nondum evoluta atque aeterna est et naturâ suâ tum ens, tum non ens, ab ea qui emittitur vir, is hoc mundo Brahmâ dicitur.*« Quomodo hoc intelligendum sit, huius loci non est docere; recordemur eodem sensu, at contrariis verbis, doceri summum numen neque ens esse, neque non ens. cf. XIII, 12, *d.* परं ब्रह्म न सत् तन्नासदुच्यते। ubi si अक्षरं ponis pro ब्रह्म, prorsus contraria verba habes eis, quae nostro loco leguntur. De vario vocabb. सत् et असत् sensu amplius dicturus sum in indic. verborr. L.

41, *b.* सखेति। Vocativus esse debet ob antecedens हे, at contrahi ita non possunt iuxta grammaticam सख pro सखे et इति। Çrîdharum hoc non fugit et asserit esse संधिरार्षः। alia tamen exempla talis contractionis non enotavi. L.

— *c.* महिमानं तवेमं। *Ed. Calc.* cum qua consentire video *ed. Mahâbh. Calc.* et tres *codd. Lond.*, apponit substantivo masculini generis neutrum pronominis: महिमानं तवेदं। Fefellisse quondam credidi librarium vel editorem terminationem accusativi, quasi vocabulum esset compositum cum मान. At reperio nunc etiam scholiastas defendere hanc scripturam, eam ita enarrantes, ut suppleant विश्वरूप. Audi Çrîdharum: तव महिमानमिदं च विश्वरूपमजानता। At hoc nugari est, non interpretari. Miror Madhusûdanum cognovisse, at non praetulisse nostram scripturam; dicit enim: पुंलिङ्गपाठे इमं etc.

43, *b.* गुरोर्। *Ed. Calc.* et *ed. Mahâbh.* nec non Madhusûdanus in textu aeque atque in scholl. praebent गुरुर्। et ita olim edidi ob assensum codd. Recepi nunc a Çrîdharo गुरोर्। quia a comparativo गरीयान् postulatur ablativus गुरोः। Probe scio, गरीयान् ita accipi posse, ut sit loco superlativi positum et गुरुः nomen magistrum notans; at si गुरुः legitur, valde

gravis tantum dicitur Krishnas; sin autem गुरोः, fit vel gravi gravior. Compara VIII, 9, *b.* अणोरणीयांसं।

44, *d.* प्रियायार्हसि। * Inest huic versui nodus. Si synaloephen in his verbis: प्रियायार्हसि pro more resolvimus in: प्रियाय अर्हसि, apparet dativum hic non convenire; ex analogia praecedentium exspectabatur genitivus. Sed si vel maxime scriberetur: प्रियस्यार्हसि, molesta foret tautologia: quid enim interest inter सखि et प्रिय? Mallem ergo intelligere genitivum feminini, ut sit: प्रियायाः अर्हसि। Hac ratione prodibit sententia vere elegans: »Sicuti pater filio, amicus amico, amans »amicae, debes mihi, o dive, veniam dare.« Obstat regula, dicat aliquis, qua, spiritu finali abiecto, tollitur synaloephe et manet hiatus. —

At iam supra ad VII, 22, *b.* docui, etiam alia exempla talis contractionis exstare certissima. Madhusûdanus nobiscum facit, dum dicit: संधिश्च छान्दसः।

45, *c.* देव रूपं। In ed. priori utrumque coniunxeram, hac addita annotatione: * Quae ita coniuncta et clarissimus Wilkins intellexit, vertens: »*And shew me thy celestial form*«; melius tamen separabuntur, ut देव sit vocativus. Nunc enim non divinam Krishnae formam Arjunas adspicere optat, sed potius humanam, mitem illam, quadribrachiam, tiara, clava discoque ornatam, quae solemnis est Vishnuis signis.

48, *c.* शक्य अहं। Contra regulas euphonicas peccat haec scriptura, sive per शक्ये अहं explicetur, sive per शक्यः अहमस्मि। praestat tamen hoc, quod praeterea profert scholiastes uterque. Eadem vocabula leguntur 54, *a*; ibi tamen caesura separantur, atque tali positione haud rara sunt exempla neglectae litterarum mutationis; ex. c. *Hitop.* I, d. 116. Elisionem Visargae ad छन्दस् iterum refert Madhusûdanus et recte hoc quidem. In permultis enim Rigvêdae locis अ post

terminationem अम् ob metrum elidi nequit et, quod vel magis serioris linguae regulis repugnat, ne अम् quidem in ओ mutari, sed retinenda est vocalis brevis अ vel restituenda; nam saepenumero perperam ओ posuerunt librarii. qua de re alio loco dicam. L.

* *Ed. Calc.* in hac lectione LIV disticha tantummodo numerat, totidem tamen, quot nos, versus exhibet. Error est in numero ४८ bis posito.

LECTIO XII.

Dist. 1, *a.* एवं। Hanc particulam ad totam lectionem antecedentem refert vir clar. LANGLOIS, l. l. p. 250. haec promens: »*Il est deux espèces d'adorateurs; les uns adorent Dieu comme invisible; — — cette idée est bien énoncée; mais l'idée contraire ne s'y trouve qu'indiquée par le mot* एवं, *sic, qu'il est alors nécessaire de commenter: QUI TE OBSERVANT SIC, ID EST, VISIBILEM, UT SUPRA APPARUISTI* etc.« Obstat tamen tum ratio grammatica, tum positio voculae; abest enim longissime a त्वां et nemo non videbit, eam ad सततयुक्ता: esse trahendam; cum hoc vocabulo iungere si nolles, referenda esset more adverbii ad verbum पर्युपासते; ratio autem grammatica vetat, iungere एवं त्वां eo sensu, ut sit *te talem;* hoc foret एवंविधं त्वां। Respicit एवं, ut recte viderunt scholiastae, finem lectionis antecedentis, quo breviter indicatur vera dei colendi ratio, dist. 54 et 55. Qui deum ita colit, युक्त est (compara XI, 55. cum XII, 6.) et भक्त (confer भक्त्या त्वनन्यया XI, 54. cum भक्ता: XII, 1.); operibus talis homo numen colit. Aliud autem est cultorum genus, quod etiam et युक्त est et भक्त, at colit deum contemplatione atque eius cognoscendi studio. (Vid. VII, 17. तेषां ज्ञानी नित्ययुक्त एकभक्तिर्विशिष्यते।). Alterum hoc genus quum Krish-

nas supra iam praedicaverit, oritur apud Arjunam dubitatio, utrum magis devotum sive युक्त habendum sit; ad hanc respondet seqq. Krishnas. Diversa sane est, uti dicit Langlois, apud utrumque cultorem numinis notio; ab hac etiam pendet diversa colendi ratio; numen non manifestatum (अव्यक्त), cuius in proxime antecedentibus mentio iniecta non fuerat, copiosius dist. 3. describitur; manifestatum autem, quum per lectiones duas, Xmam et XImam, ample definitum esset, iterum exhibere opus non erat et sufficit, id per मां et त्वां (2, *a.* 1, *b.*) significare. Abest itaque omnino caussa, cur necesse sit, particulam एवं ad totam antecedentem descriptionem referre.

Ultra progressus non est censor iste nimis reprehendendi cupidus, quem, quum obstacula viae removere minime adiuverit, sed potius quaedam temere mihi obiicere molitus sit, libenter nunc valere iubeo.

9, *a.* अथ। Haec particula h. l. et infra 11, *a.* agit partes particulae conditionalis यदि; 10, *a.* omnino deest eiusmodi particula, cuius rei alia exempla enotavi ad *Gít. Góv.* p. 112. अथ eadem, qua h. l. vi positum invenies *Rám.* II, 60, 3. *Hitóp.* III, dist. 139, *c.* et alibi. L.

20, *a.* धर्म्यामृतं। Scribit et enarrat Madhusûdanus धर्मामृतं, huiusque scripturae mentionem iniicit Çrîdharus; praeterea non repperi. L.

LECTIO XIII.

* In exordio huius lectionis Cod. D. habet distichon, quod abest tum ab ed. Calc., tum a ceteris codicibus:

॥ अर्जुन उवाच ॥
प्रकृतिं पुरुषं चैव क्षेत्रं क्षेत्रज्ञमेव च ।
एतद्वेदितुमिच्छामि ज्ञानं ज्ञेयं च केशव ॥

Quod meo quidem arbitrio additamenti plane simile est,

etsi interpretem Anglum in suo exemplari Varanasiae, ubi tum commorabatur Vir clarissimus, idem legisse video. Transitum nempe ad sequentia parare librarius quidam vel enarrator conatus est, quum seriem orationis non bene percepisset, nec intellexit, multo magis incongruam esse Arjunae interrogationem de rebus, quarum nullius adhuc Krishnas mentionem fecerat. Adde ad cetera argumenta, quibus moveor ut hoc distichon abiiciendum esse censeam, quod toto carmine numerus distichorum septingenarius expletur; si hoc addatur, erunt disticha 701. Puerile sane foret, si poëta in numero versuum symmetriam aliquam captasset: sed carmen suum ad numerum plenum et consummatum distichorum restringere potuit, ut ab interpolationibus sibi caveret. Quod bene ei cessit: apparet enim nihil aut additum esse aut inde demtum, et textum in omnibus partibus genuinum nos habere, qualis ab auctoris manu profectus est. —

Praebent id etiam *ed. Mahâbh. Calc.* et *codd. Lond.* duo.

1, *d.* क्षेत्रज्ञमिति । * Codd. B. D. क्षेत्रज्ञ इति । Non male, ut sit nempe oratio directa, per ellipsin intelligenda. Attamen lenior est lectio recepta. S.

क्षेत्रज्ञ apud Madhusûdanum in textu legitur. Ad rem quae h. l. tractatur quod attinet, comparare iuvat Manûs cod. XII, 12. L.

2, *d.* Observa ἐμφατικῶς repetitum esse vocabulum ज्ञानं, ut saepissime पश्यति et VII, 30, *d.* विदुः । Eadem vi semel tantum ponitur interdum vocabulum quoddam et praemittitur una cum demonstrativo, sequente relativo, ex. c. in disticho a Çrîdharo ad hunc locum excitato, कर्म et विद्या ।

तत् कर्म यन्न बन्धाय सा विद्या या विमुक्तये ।
आयासायापरं कर्म विद्यान्या शिल्पनैपुणं ॥

id est: *Id est* *o p u s,* *quo non ligatur homo, ea est* *s c i e n t i a,* *quae liberationem affert; aliud opus molestiae est,*

alia scientia est peritia opificii. Sensus est, *verum* est opus, *vera* est scientia. L.

4, *a.* ऋषिभिः । Scholiastae illustrant locum hisce verbis: वसिष्ठादिभिर्योगशास्त्रेषु । Notissimus est liber Patanjalis hoc nomine Yôgaçâstri insignitus; Vasishthae contra attribuitur opus Vêdânticum, quod Yôgavâsishtha inscribitur. Vid. *Mackenzie Catal.* ed. clar. Wilsonis II. p. 109. I. p. 11. Hoc fortasse respiciunt enarratores, verum omnino non potuit significare poeta; vocibus गीतं et छन्दोभिः haud dubie indicatur pars quaedam Vêdorum et probabiliter *Upanishad* quaedam. *Brahmasûtrorum* quum in textu memoretur titulus, coniicere aliquis posset, ante oculos nostrum habuisse celeberrimum istius indicis opus Vêdânticum, Bâdarâyano Vyâso adscriptum, de quo cf. Colebrookii dissert. in *Transact. of the R. Asiat. Soc.* II, p. 3., praesertim, quum opus philosophicum systematicum indicetur vocibus सूत्रपदैः -हेतुमद्भिः । विनिश्चितैः. Scholiastae tamen de Bâdarayani nomine tacent et de certo quodam et noto libro non cogitarunt. L.

17, *d.* धिष्ठितं । Editum erat in priori editione निष्ठितं ex coniectura, nunc restituit editor secundis curis scripturam *edit. Calc.* quam praebent praeterea omnes libri manuscripti, tam Parisini quam Londinenses; consentit denique *ed. Mahâbh. Calc.* Haud sine caussa hac scriptura offendebatur Schlegelius, quum neque in lexicis, neque in grammaticis de praefixo quodam धि ulla iniiciatur mentio; olim offensus pariter fuerat Çrîdharus, qui विष्ठितं legit et explicat: विशेषेण स्थितं. Madhusûdanus aliam quam vulgatam scripturam ne verbo quidem indicat. Consensu itaque omnium fere testium quum confirmetur scriptura धिष्ठितं, ea potius explicanda, quam sollicitanda est; quod facile nunc fieri potest, non ita paucis abhinc annis. In permultis *Bharateae* locis reperitur

idem vocabulum; exempla quaedam haec sunt. I, cap. 70, d. 2867, Vol. I, p. 104: नदीं ददर्श सः। सर्वप्राणभृतां तत्र जननीमिव धिष्ठितां ॥ I, cap. 82, d. 3406. p. 123. अथ राक्षसी-। अशोकवनिकाभ्यासे धर्मिष्ठां प्रेक्ष्य धिष्ठितः ॥ I, cap. 228, d. 8325. p. 302. वासुदेवः - - चक्रमुद्यम्य धिष्ठितः। II, cap. I. d. 11. Vol. I. p. 309. यां (सभां) कृतां नानुकुर्वन्ति मानवाः प्रेक्ष्य धिष्ठिताः। III, cap. 29, d. 1105. p. 448. यस्यां (सभायां) ब्रह्म च सत्यं च यत्ता लोकाश्च धिष्ठिताः। Haec sufficiant exempla ad vocem confirmandam. Apparet itaque praepositionem अधि, prorsus ut अपि in पिधान, पिहित et पिनद्ध, abiicere posse vocalem initialem et id tantum dubii remanet, utrum ad Bharateam restringendus sit hic usus, an latius pateat; ex aliis enim libris exempla a me enotata haud teneo, exstant tamen, nisi fallor, quaedam in Rameide. L.

20, *b.* उच्यते। Subintelligit Çrîdharus कपिलेन et iuxta placita Sânkhyicorum sane exposita haec sunt, at potest etiam उच्यते more solito intelligi in universum de doctrina, quae per manus traditur. कार्य per शरीर, *corpus*, explicat idem scholiastes; at scribere voluisse videtur शारीर, sc. कार्य, id est *corporeum* opus; कारण enarratur per सुखदुःखसाधनानि इन्द्रियाणि, *sensus qui voluptatem et dolorem efficiunt.* At hoc potius foret करण, i. e. *instrumentum quod efficit.* cf. prae ceteris *Sânkhy. Kâr.* dist. 32, ubi करण prorsus hoc sensu cum कार्य sive eo, quod instrumento efficitur, coniunctum est. Praebet re vera Madhusûdanus in textu करण, at intelligit de qualitatibus: गुणाश्च सुखदुःखमोहात्मकाः करणाश्रयत्वात् करणग्रहणेन गृह्यन्ते॥ Id est: voce करण significantur qualitates, quia instrumentis innixae, voluptate, dolore, stuporeque afficiunt. Impellunt enim qualitates instrumenta (करण) id est, sensus decem, triaque organa interna, per quae voluptas et dolor excitantur; redit itaque ad idem loci sensus, si Madhusûdanum sequimur. Praefero tamen priorem explicationem, quia vox करण instrumentum solet per libros Sânkhyicos significare.

Alia scriptura कारण haud ignota fuit Madhusûdano, qui haec addit: कार्यकारणेति दीर्घपाठेऽपि स एवार्थः। Eundem tamen sensum remanere quod dicit scholiastes, id ei non omnino concedere possum. कारण enim, praemisso कार्य, id est *effectus*, significare debet *caussam;* caussa autem, quae tum ponenda est, qualitates sunt, quae omnes res manifestas (व्यक्त) pervadunt et ad agendum impellunt. cf. *Bh. Gît.* XIV, 19. 23. XIII, 27. 28. etc. Uno vocabulo composito significatur *Sânkhy. Kâr.* 20. haec qualitatum natura; गुणकर्तृत्व, id est *natura qualitatum, quae agendo constat.* Noster itaque locus ad verbum significaret: *natura ratio est ultima, ut agant caussae id quod efficiendum est*, sive, *ut caussae efficiant effectus* et sensus foret: natura facit, ut qualitates, quae in caussa sunt, cur agant instrumenta, efficiant effectus sive actiones, quibus voluptas, dolorve progignitur.

Attamen insolentius quum sit in schola Sânkhyica, tali modo qualitates per कारण significari, quum praeterea कार्य et करण technica sint istius scholae vocabula ad organa tum corporis tum mentis et ad ea, quae eis aguntur, indicanda, praeferendum reor कार्यकरण; quo recepto simplicior et clarior fit locus: *natura in caussa est, cur agant* (कर्तृत्व) *sensus, mens, animus et sui sensus* (haec करणानि sunt) *id, quod eis agendum est.* L.

21. Mutanda sunt, nisi fallor, quaedam in proposita huius distichi explicatione. Si construitur कारणं cum सदसद्योनिजन्मसु, *caussa est generationum eius ex utero bono vel malo,* oritur sensus, qui doctrinae huius carminis adversari videtur. Genius enim dicitur II, dist. 20, *a. nec nasci, nec mori;* eandem sententiam profert Içvarakrishnus *Sânkh. Kâr.* 62. hisce verbis: न मुच्यते नापि बध्यते नापि संसरति पुरुषः। id est: *nec liberatur, nec ligatur, nec gyro circumagitur Genius.* Tum tenendum est, distichon hoc additum esse eo consilio,

ut explicetur, quomodo fiat, ut Genius, ipse qualitatum expers, dolorem, voluptatemque percipiat (dist. 20, *c. d.*), quae tamen perceptiones a qualitatibus pendent. Illustratur id ita, ut primum addatur, Genium tam intime cum natura esse coniunctum, ut particeps fiat perceptionum, oriundarum a qualitatibus, quae ad naturam pertinent (dist. 21, *a. b.*). Varie autem temperantur pro varietate generationum qualitates, ita ut et voluptatem et dolorem progignant. In omni generatione, qualiscunque ea sit, quum remaneat propensio Genii erga qualitates et intima eius coniunctio cum natura, id fit, quod dist. 20, *c. d.* docetur, nimirum ut et voluptatem et dolorem percipiat Genius. Hic sensus efficitur, si construitur: अस्य (sc. पुरुषस्य) गुणसङ्गो सदसद्योनिजन्मसु । Cum locativo praeterea vix coustrui potest कारणं; et nostram constructionem sequitur etiam Çrîdharus, cuius verba appono: अस्य पुरुषस्य सत्सु देवादियोनिषु असत्सु च तिर्यगादियोनिषु यानि जन्मानि तेषु गुणसङ्गः शुभाशुभकारिभिरिन्द्रियैर्गुणेषु विषयेषु सङ्गः कारणं । Id est: *Genii in omni generatione propensio erga qualitates, quae ei obiectae sunt* (विषयेषु), *in caussa est.* Maduusûdanus a Çrîdharo vix differt, at accommodat et verba et sententiam suam ad placita Vêdanticorum. Variae itaque generationes non Genii sunt, sed naturae et qualitatum, quae ab ea seiungi nequeunt; erga has propensio Genii remanet, donec summam scientiam et liberationem obtineat. L.

LECTIO XIV.

5 seqq. Conferre iuvat praeter ea, quae in libris systematicis de tribus qualitatibus disseruntur, etiam codicem legum Manûs XII, 24—50.

9, *d.* उत । *Çrîdharus* haec profert: उत अपि । आलस्यादावपि (cf. 8, *c.*) संयोजयति । इत्यर्थः । Idem fere aliis verbis Madhusû-

DANCS. Accipiunt itaque उत sensu omnino eodem, quo dicitur इत्यादि। Similiter ad dist. 11, *d.* scholiastes prior dicit: उतशब्दात् गुणादिलिङ्गेनापि ज्ञानीयात्। इत्युक्तं। et ad I, 40. ubi interpretatur: उत अपि। कृत्स्नमपि, licet pluribus verbis separatum sit particula ab adiectivo कृत्स्नं et additum verbo अभिभवति।

Id sane verum est, particulam उत saepius valere अपि, *etiam*, et consequitur ex hac eius notione, ut per eam aut addatur nova quaedam res nondum memorata, ex. gr. si dicitur तदपि sive तदुत करोति, id est, etiam hoc facit praeter ea quae iam facta sunt, aut addatur vis verbo, cui adiuncta est particula, si ex. gr. verba iam proposita ita accipiuntur, ut valeant, *vel hoc facit*, id est, eo usque progreditur, ut vel hoc faciat. Utroque sensu novi quid accedit addita particula, qua omnino non indicari possunt res antea memoratae, uti volunt scholiastae. Falsa est etiam ratio scholiastarum vel propter hanc caussam, quod उत semper adhaereat vocabulo, quod aut additur aut emphasin sibi additam habet; referendum itaque est nostro loco ad संजयति et supra I, 40. ad अभिभवति, *vel consociat, vel superat*, nisi mavis particulam ad totam sententiam referre, de qua re mox dicam. In dist. 11. iam prorsus alia est ratio grammatica, quandoquidem praemisso इति ab antecedente sententia seiunctum sit उत, ita ut oriatur enunciatio elliptica इत्युत.

Abiecta itaque sententia scholiastarum, qui hac particula abutuntur, ut quodcunque sibi placeat, suppleant, interrogandus nobis potius erit usus loquendi. De उ, a qua vocula oritur उत, olim quaedam dixi ad *Hitóp.* II. p. 6. Accessere posthac permulta exempla particulae उत, tum per *Rigvedae* librum primum, tum per *Bhârateam* sparsa, inter quae haec seligere iuvat. In Rigvêda उत plerumque simpliciter *additiva* sive *coniunctiva* est. I, 2. पूर्वेभिर्ऋषिभिः -नूतनैरुत। »*pristinis vatibus* - ET *recentibus*«. 90, 7. नक्तमुतोषसः। »*nox*

ET *diluculā*«. Iungit itaque singula vocabula, quibus aut praemittitur aut adiicitur. Adde 82, 5. दक्षिणा उत सव्यः। »*dexter* ATQUE *sinister* (equus)«; 45, 1. रुद्राँ आदित्याँ उत। »*Rudros* ATQUE *Âdityos.*« Iungit etiam totas enunciationes, ut 20, 6. उत त्यं चमसं - - अकर्त चतुरः। »*etiam hanc pateram fecere quadripartitam*«; laudatum iam est aliud eorum facinus. Novum porro, quod per उत adiicitur vocabulum aut enunciatum, *disiunctive* ponitur; quod cohaeret cum disiunctiva particulae उ significatione. Sic *Rigv.* 23, 22. यद्वाहमभिदुद्रोह यद्वा शेप उतानृतं। »*quodve ego per vim feci, quodve imprecatus sum,* VEL *quod mendacium fuit*«. उत per *atque* reddidit ROSENIUS, minus recte, quum tota sententia disiunctiva sit. *Mahâbh.* I, cap. 195, dist. 7219. कथं जानीम भवतः क्षत्रियान् ब्राह्मणानुत। »*quomodo cognoscemus, utrum vos milites sitis* AN *sacerdotes.*« Praefigitur etiam voci disiungendae, ut *Hitôp.* III, d. 105. p. 101. *Mrichchhak.* p. 23. (Prâcritica Sanscritice exhibeo): छिन्नत शीर्षमुत मारयत वा। »*caput scindite vel interficite.*« Alternat cum वा eodem sensu; ex. gr. *Mahâbh.* V, 29, 1. Vol. II. p. 120.

उत सन्तमसन्तं वा बालं वृद्धं च संजय।
उताबलं बलीयांसं धाता प्रकुरुते वशे॥
उत बालाय पाण्डित्यं पण्डितायोत बालतां।
ददाति सर्वमीशानः पुरस्ताच्छुक्रमुच्चरन्॥

Quo loco primum disiungitur per उत et वा, *bonum, malumve;* tum sequitur copula, *iuvenem atque senem;* tertio loco praemittitur उत, *vel debilem, fortem*(*ve*); ultimo denique disiungitur per उत geminum, »*aut puero sapientiam, aut sapienti puerilitatem.*« उतवा semper disiungit, ex. gr. *Rigv.* 11, 8. सहस्रं यस्य रातय उतवा सन्ति भूयसीः। »*cuius dona mille aut etiam plura sunt.*« Sic etiam 36, 15. 86, 3. et 47, 6. समुद्रादुतवा दिवः।

Cum notione disiunctionis cohaerere videtur usus huius particulae in formulis optativis et imperativis; nam disiunctio

aeque atque optatio distinguit inter res vel contrarias vel diversas: *Rigv.* 4, 5. उत ब्रुवन्तु। ibid. 6. उत वोचेयुः। 90, 5. उत कर्त। Ab hac optandi significatione seiungendus non est usus particulae in quaestione, ad quam per *affirmationem* respondendum est, uti docet Pâninès. Vid. ad *Hitop.* p. 7. *Augmentativam* et *affirmativam* vim denique habet उत verbis praemissum, si modo indicativo posita sunt. Cf. Rigv. 10, 6. उत प्रकत्। *is sane praevalet;* 74, 9. उत विवाससि। *sane largiris;* 28, 6. उत स्म विवाति। *spirat sane.* Hoc sensu semper praemitti videtur उत per Rigvêdam; in quo quae exstant exempla huius particulae sexcenta, omnia h. l. pertractare longius foret. Redeo ad Bhâratcam, cui proprium esse videtur, addere उत in fine sententiae post verbum finitum et sensu quidem *affirmandi* vel *augendi.* *Arjunasamâg.* ed. Bopp. V, 11. दुर्गे प्रतिवसन्त्युत। VI, 5. रत्नसंघाः प्लवन्त्युत। Valet *utique*, *imo*, et sic accipe etiam nostro loco. *Mahâbh.* I, 1, 147. Vol. I. p. 6. prorsus ut loco seq. 11, *d.* additur इत्युत sententiae: ज्ञास्यसि मां- प्रज्ञाचक्षुषमित्युत। *cognosces me provido praeditum fuisse oculo, ita utique.* Additur eodem modo quaestioni; *Arjunasam.* IX, 27. कस्माद् देवा नावासयन्त्युत॥ L.

14, *c.* उत्तमविदां। Çrîdharus a विद् cl. 6. *adipisci,* derivat; Madhusûdanus ab alia, quae eidem radici attribuitur significatione *meditandi*, deducit notionem *colendi:* उत्तमा ये हिरण्यगर्भादयस्तद्विदां तदुपासकानां। L.

23, *d.* नेङ्गते। Çrîdharus नेङ्गति legit, ut ex scholio apparet: परस्मैपदमार्षं। नेङ्गते (lege cum cod. A. नेङ्गति) न चलति। Madhusûdanus medium in scholiis et textu exhibet, nulla addita alius scripturae mentione. Pro अवतिष्ठति alii अनुतिष्ठति। legisse videntur; addit enim idem scholiasta: यो नुतिष्ठति। इति वा पाठः। तत्र नुः (sic) पृथक्कार्यः। quam observationem non intelligo, quum अनु a sequenti verbo seiungi nequeat, et de particula नु sermo

vix esse possit. अनुतिष्ठति valet: *qui hanc persuasionem sequitur.* L.

25, *a.* Observat Madhusûdanus, अवमान ab aliis scribi pro अपमान। L.

26, *d.* भूयाय। De hac forma cf. Pâninis III, 1, 107. Exemplum ibi prolatum ब्रह्मभूयं गतः। enarratur per ब्रह्मत्वं गतः।

LECTIO XV.

Distt. 1. seqq. Si addubitari posset, utrum hic locus desumptus fuerit ex antiquiori quodam fonte, necne, omne dubium tollerent scholiastae, qui ad partem Vêdorum, *Katha-vallim* dictam, nos ablegant: कठवल्लीषु पठिताः श्रुतयः। et ad locum quidem, qui incipit ऊर्द्ध्वमूलः etc. Intelligunt *Kâthakam,* cuius verba haec sunt VI, 1.

ऊर्द्ध्वमूलोऽवाक्शाख एषोऽश्वत्थः सनातनः।
तदेव शुक्रं तद्ब्रह्म तदेवामृतमुच्यते ॥ १ ॥
तस्मिँल्लोकाः श्रिताः सर्वे तदु नात्येति कश्चन। एतद्वै तत्।

Çrîdharus ऊर्द्ध्वमूलो et ऽवाक्शाखः। utrumque male et contra edit. Calcutt. Legendum est ad restituendum metrum -मूल अवाक्शाख। licet vulgatam tuetur in editione sua etiam Vir cl. Poleyus. Sensus est: *Sursum agit radices, deorsum ramos ficus illa perennis; illud semen, illud Brahma, illud immortale dicitur; ei innituntur mundi* omnes, *illud nemo transgreditur. Illud sane ita est.«* *Mundi semper revolventis a Brahmane* oriundi (संसारवृक्षं) imaginem esse ficum, recte dicit Çankaras in scholl. p. 74. ed. Poley. Brahmanis arbor eodem sensu alibi dicitur mundus, uti apparet ex loco a Madhusûdano excitato; e codice quodam legum, *Smriti,* desumptus est, nescio tamen quo; apud Manum non legitur locus satis notabilis:

अव्यक्तमूलप्रभवस्तस्यैवानुग्रहोत्थितः।

बुद्धिस्कन्धमयश्चैव इन्द्रियान्तरकोटरः ॥
महाभूतविशाखश्च विषयैः पत्रवांस्तथा ।
धर्माधर्मसुपुष्पश्च सुखदुःखफलोदयः ॥
आजीव्यः सर्वभूतानां ब्रह्मवृक्षः सनातनः ।
एतद्ब्रह्मवनं चैव ब्रह्माचरति साक्षिवत् ॥
एतच्छित्त्वा च भित्त्वा च ज्ञानेन परमासिना ।
ततश्चात्मगतिं प्राप्य तस्मान्नावर्तते पुनः ॥ इत्यादयः (स्मृतयः) ॥

Id est: *Perennis ista* BRAHMANIS *arbor oritur e radice* (principii) *non manifestati, eiusque favore expanditur; truncus eius e mente consistit, sensus cavitatem efficiunt interiorem; tanquam eius rami expansa sunt rerum elementa, res sensiles folia eius sunt; floribus crebris quasi, probitate atque iniquitate uberrima est, tanquam fruges progignit voluptates atque dolores; animantium omnium ea Brahmanis arbor perennis vitam sustentat. Hac arbore quae efficitur Brahmanis silva, eam peragrat Brahmâ testi similis. Optimo cognitionis ense qui scindit eam atque findit, deinde viam obtinet spiritalem et ab isto loco nunquam revertitur.«*

Serioris licet aetatis sit posterior hic locus, qua de re a nemine harum rerum perito dubitatum iri arbitror, nulla tamen eo continentur, quae a simpliciori illo loco priori aliena sunt atque satis evictum est, a veteribus Indorum sapientibus usurpatam fuisse imaginem fici illius mirificae ad designandam rerum existentium universitatem sive mundum. Mirari itaque non debemus, si eodem sensu locum nostrum interpretati sunt scholiastae; ita suadebat manifesta locorum vetustiorum quae apud nostrum cernitur, imitatio. Obstat tamen, cur minus scholiastas sequamur, quod dist. 1, *d.* legitur: »qui hanc (ficam) novit, is *librorum sacrorum* gnarus est.« Quibus verbis, uti me monuit SCHLEGELIUS, significari videtur, sequentibus versibus non descriptam fuisse

rerum semper revolventium universitatem, sed sub fico intelligendos esse libros sacros, ad quos itaque tralata h. l. fuerit imago fici. Ita locum intellexit etiam vir illustrissimus, G. AB HUMBOLDT in dissert. de *Bhag. G.* p. 50. Libros sacros a nostro poeta interdum carptos fuisse, licet verbis subobscuris, docet iam locus II, 46. ad quem quae disputata sunt a SCHLEGELIO conferre iuvat. Sin autem obiicitur, eandem imaginem ad res diversissimas, mundum nimirum atque libros sacros, haud facile posse accommodari, tenendum est, maiorem Vedorum partem, et potissimum quidem hymnos omnino versari in sacrificiis celebrandis et cultu deorum inferiorum observando; quae res ex sententia philosophorum ad hunc mundum pertinent. L.

3, *a.* तयोपलभ्यते। In priori editione ex coniectura posui उपलभ्यं, hac addita nota: * Lectione ED. CALC. तयोपलभ्यते metrum vitiatur, exuberante syllaba et mutata hemistichii clausula, quae semper in hisce versibus viginti duarum syllabarum bacchio (⏑ — —) vel amphibrachy (⏑ — ⏑) continetur. Ad sensum quoque lectio nostra est accommodatior: nam *praesenti indicat. pass.* cum negatione simpliciter declaratur, rem non fieri; *part. fut. pass.* cum eadem negatione, eam fieri non posse. Ut *Battôjidîkshitae* verbis definiam: उपलब्धुं शक्य उपलभ्यः। —

Posthac repperi praeter ED. CALC. et CODD. PARIS. etiam ED. MAHÂBH. et septem CODD. LONDIN. cum BEROLIN. nec non scholiasten utrumque sine ulla variatione in उपलभ्यते conspirare; vulgatam itaque restitui. Eiusdem generis versus supra iam notavimus: VIII, 10, *d.* et II, 6, *a.* et *b.* cf. adnotat. ad utrumque locum.

4, *b.* न निवर्तन्ति। ÇRÎDHARUS: न निवर्तन्ति न निवर्तन्ते। इत्यर्थः। nil de forma activa addens, οὐδὲ γρῦ apud MADHUSÛDANUM, qui eadem verba repetit. Postulat versus syllabam brevem

in sede antepenultima et scriptura non est sollicitanda. Solita sane est forma media et tantum in formis quibusdam certis conceditur activa. Vid. Pânin. I, 3, 92. ubi in futuro et conditionali, nec non in verbo desiderativo postulatur activum, si affixa स्य् futuri et conditionalis, atque स् desiderativi, nulla interiecta इ vocali, radici adiiciuntur; id sane docent exempla. De aliis formis nil praecepti invenio. *Râm.* I, 8, 10. अभिवर्त्स्यति iuxta regulam grammatici legitur; ibidem I, 41, 11. tamen contra निवर्तत। scripturam tamen tuentur et libri glossati et versus. Pertinere videtur latior activi usus ad linguam vetustiorem. L.

5, *c.* संज्ञैः। Alii legisse videntur संगैः। Audi Madhusûdanum: --सुखदुःखसमामकैः। (sic; lege नामकैः)। पाठान्तरे सुखदुःखाख्यां सङ्गः संबन्धो येषां तैः सुखदुःखसंगैर्द्वन्द्वैर्विमुक्ताः etc. L.

7, *c.* मनःषष्ठानि। * Codd. perperam षष्ट, sed in hac littera ठ semper fere peccant. Usus loquendi paullo obscurior explicatione indiget. मनःषष्ठ est vocabulum unicum. Eiusmodi adiectiva ope numeri ordinalis subiuncti formata significant, rem de qua agitur, cum iis quae alio nomine sunt enumerata, numerum istum explere. इन्द्रियाणि मनःषष्ठानि sunt *sensus externi* (quiuque numero) *cum animo* vel sensu interno *numerum senarium explentes.* Exstant et in aliis linguis similes locutiones. Iuvenal. Sat. I, 64: »*cum iam sexta cervice feratur.*« Sic apud nostrates, ut hodie, ita iam olim. Ex. gr. in carmine heroico Theotisco *de Nibelungis*, V. 246:

Ich wil ſelbe zwelfte in Guntheres lant.

V. 1379:

Selbe vierde degene varn wir an den ſe.

Ac Dantes, cum narravisset, se inter quinque magnos poëtas versatum esse, eleganter addit:

Si ch' io fui sesto tra cotanto senno. —

Multa alia exempla talis compositionis addere possim, sufficiant pauca. *Hitôp.* p. 63, 7. परिव्राजकेन साधुद्वितीयेन। p. 106, 16. राजहंसः सारसद्वितीयः। *Lasseni Pentapot.* p. 66, dist. 29. 30. पञ्च नद्यः सिन्धुषष्ठाः। Data opportunitate locum Manûs IX, 124. emendabo, ubi scribendum est cum codd. Paris. वृषभषोडशाः। pro -षोडश। quam scripturam et ante oculos habuit et explicuit Cullûcus: स वृषभः षोडशो यासां गवां ता गृह्णीयात्। id est XV vaccas cum tauro, quo addito efficitur numerus denarius senarius. Quod in textu reliquerunt editores, significaret, si omnino ita Sanscritice dici posset, sedecim tauros. Eiusmodi adiectiva aut binas res aequo fere iure inter se consociant, quod in exemplis ex Hitopadêço petitis factum videmus; aut significant rem unicam numero ordinali praepositam iis, quae plurali efferuntur, dignitate esse potiorem: sicuti Sindhus praestat fluviis, qui in eum sese effundunt, animus sensibus, taurus vaccis. S.

13, *c.* चोषधीः। Lege चौषधीः cum Madhusûdano et ed. *Mahâbh. Calc.* nam च copulae ante ओ sequens elidi nequit. Ad sententiam quod attinet, cf. *Rigvêd.* I, 91, 22. त्वमिमा ओषधीः सोम विश्वास्त्वमपो अजनयस्त्वं गाः। i. e. »tu hasce herbas, Soma! cunctas, tu aquas generasti, tu vaccas.« Rosen. — L.

14, *c.* प्राणापान। De अपान hoc sensu cf. not. ad IV, 29, *c.* Eodem etiam ab antiquioribus usurpatur, ex. c. *Kâth. Upan.* V. 5. न प्राणेन नापानेन मर्त्यो जीवति कश्चन। इतरेण तु जीवन्ति यस्मिन्नेतावुपाश्रितौ॥ i. e. »nec spiritu qui hauritur, neque eo qui emittitur vivit mortalis quilibet, sed alio quodam, cui innituntur duo illi.« L.

— *d.* Apte excitat Madhusúdanus hunc Vêdorum locum: अयमग्निर्वैश्वानरो योऽयमन्तःपुरुषे (lege -षे) येनेदमन्नं पच्यते। i. e. »is ignis est omnia nutriens, is vir interior, ab eo cibus concoquitur.« Consentit scholiastes uterque in illustrandis verbis अन्नं चतुर्विधं; appono scholion Çrîdhari: भक्ष्यं भोज्यं लेह्यं चोष्यं

चेति चतुर्विधमन्नं पचामि। तत्र यद् दन्तैरवखण्ड्य [यद्] भक्ष्यते अपूपादि तद्भक्ष्यं। यत् तु केवलं जिह्वया विलोड्य निगीर्यते पायसादि तद्भोज्यं। यत् तु जिह्वायां निक्षिप्य रसास्वादेन निगीर्यते [यद्] द्रवीभूतं गुडादि तल्लेह्यं। यत् तु दंष्ट्राभिर्निष्पीड्य सारांशं विनिगीर्य अवशिष्टं त्यज्यते यथेक्षुदण्डादि तच्चोष्यं। इति भेदः। इत्यर्थः॥ L.

LECTIO XVI.

2, *c.* अलोलत्वं। Çrîdharus: अलोलुत्वं अलोलुपत्वं। वर्णालोप आर्षः। Itidem Madhusûdanus et in textu et in scholiis अलोलुत्वं praebet, enarratum per अलोलुपत्वं; (nam quod in libro Roseniano legitur अलोलुत्वंप, superscriptis numeris २१ emendatum est). *Codd. Londin.* conferre omisi, ex *codd. Paris.* nil enotati ad h. l. invenio. Cum scholiastis congruit scriptura ed. *Gîtae Calc.* Contra ed. *Mahâbh. Calc.* et cod. *Gotting.* अलोलुप्त्वं। Ex coniectura अलोलत्वं posuit Schlegelius, quod vocabulum et optime quadrat et legitime derivatur ab adiectivo लोल, praefixa negatione. Agnoscit quidem vir cl. Wilso in altera lexici editione adiectivum अलोलु et abstractum अलोलुत्व, cui alia forma अलोलुता additur; at simplex लोलु non praebet atque insolentius sane esse debet vocabulum, quum neutri scholiastae notum esset, neque ab eo derivetur अलोलुत्व, sed a लोलुप. Quod in edit. Bharateae et cod. Gotting. exstat अलोलुप्त्वं, haud dubie debetur scribae cuidam male docto, cui magis placuit solam vocalem अ, quam syllabam प vocis लोलुप fuisse elisam; ab adiectivo radicis लुभ् frequentativo si quis अलोलुप्त्व velit derivare, recordari debeat, id non लोलुभ्, sed लोलुभ audire. Restat itaque अलोलुत्वं, cui si quis ob consensum librorum patrocinari vult, demonstrare oportet, genuinum esse adiectivum लोलु. L.

3, *b.* नातिमानिता। i. e. अनतिमानिता। Novum est exemplum negationis न positae pro अ privativo. cf. adnot. ad V, 6, *d.* S. — — Cod. *Gotting.* नाभिमानिता। L.

4, *a.* अभिमानश्च। Madhusûdanus legit: अतिमानश्च। quam scripturam confirmat loco ex *Çatapatha Upanishad* excitato, quo descriptioni caedis Asurorum a diis perpetratae haec additur sententia: तस्मान्नातिमन्येत पराभवस्य ह्येतन्मुखं यदतिमानः। इति शतपथश्रुत्युक्तः। Eandem ante oculos Çrîdharum habuisse suspicor; dicit quidem अभिमानो व्याख्यातः। at ad distichon antecedens non अभिमान, sed अतिमान explicuerat. Nec mala est scriptura. L.

8, *c.* अपरस्पर। Explicat Çrîdharus अपरश्च परश्चेति अपरस्परं। अपरस्परतोऽन्योन्यतः। स्त्रीपुरुषमिथुनसंभूतं जगत्। tum pergit: किमन्यत् कारणमस्य। नास्त्यन्यत्। किंतु कामहैतुकं। स्त्रीपुरुषयोः काम एव प्रवाहरूपेण हेतुरस्य। इत्याहुः॥ Verbis paullum diversis eadem profert Madhusûdanus. Asserunt itaque, कामहैतुक id esse, cuius caussa posita est in libidine maris et feminae in actionem conversa, id est quod oritur procreatione. Eodem sensu accipiunt अपरस्परसंभूतं, quod reddunt per id quod nascitur e pari animalium sexus diversi, posita vocabuli अपरस्पर explicatione, qua idem valeat atque अन्योन्य sive *mutuo, invicem* neque differat a परस्पर. Quod interpretamentum in medium protuli, ut exemplo demonstrarem, haud nimis confidendum esse hisce scholiastis, qui h. l. non dormitant tantum, sed stertunt. Ut taceam, ex eorum sententia de अपरस्परसंभूत et कामहैतुक idem bis fere dici, num iis, quaeso, qui negent, a deo mundum esse creatum et regi, ideo docendum est, ex paribus utriusque sexus omnia esse oriunda? Quod docent contra est, omnia nulla certa lege, sed libidine, कामेन, fieri. Hoc कामहैतुकं est, quod a viro cl. Wilsone s. v. prorsus recte per *sua sponte* redditur. Ad अपरस्पर quod attinet, vox est legitima, a Wilsone explicata per *continuus, non interruptus* ac prorsus recte a परस्पर praefixo alpha privativo derivata. Quae interpretatio petita est ex Amari lexico III, 3, 1. ubi haec leguntur:

कर्मक्रियातत्यातत्ये गम्ये स्युरपरस्पराः। i. e. ad continuationem actionis significandam usurpatur अपरस्पर. Nimirum परस्पर dicitur, si unus excipit alterum, quod quum fiat, series quidem est, sed talis, ut alternatio sit unius cum altero; hinc liquet quo sensu praefixa negatione अपरस्पर valere possit *continuus;* nimirum proprie valet *non alternatus*, *successione alterius in locum unius non interruptus.* Primitivam vim tuetur vocabulum nostro loco, qui enarrandus est, ita *ortum, ut unum non alterum exceperit* vel, ut optime reddidit Schlegelius, *non ex certa caussarum successione.* Scholiastae contra tum sensum ponunt a loci tenore alienum ac nullis exemplis comprobatum, tum originationem sistunt falsam, auctoritati Amari repugnantem. Denique moneo, परस्पर et अन्योन्य, quae plerumque in serioribus libris atque a scholiastis permutari inter se solent, ita ab origine esse diversa, ut hoc sit *mutuum* de eo quod eodem tempore a duobus fit, illud autem de eo quod fit successione; पर enim proprie significat ulterius, sequens sive secundum, alterum. Quid intersit inter परस्पर et परंपर, accurate explicuit Schlegelius ad IV, 2, *a.* diversa ab his vocabula sunt परावर et परपूर्व; cf. adnot. ad *Hitóp.* II. p. 50. p. 63. L.

9, *a.* De अवष्टभ्य cf. not. ad IX, 8, *a.* L.

— *d.* Olim reddideram: »*ruunt vehementer in actus, in mundi perniciem intenti.*« Nimirum credideram, male in ed. *Calc.* praemissam fuisse voci हिताः aphaeresis notam et constructum esse हिताः cum dativo क्षयाय sensu *intenti in rem.* Hanc interpretationem vehementer impugnavit vir cl. Chézyus in censura saepius laudata p. 47. scholio fretus, quod ita se habet: उग्रं हिंस्रं कर्म येषां ते अहिता वैरिणो भूत्वा जगतः क्षयाय भवन्तीत्यर्थः। (plenius et rectius codex Berolinensis: प्रभवन्ति उद्भवन्तीत्यर्थः). At etiam h. l. primum quaerendum est, utrum recte ita decreverint scholiastae, necne; consentit enim cum

Çrîdharo etiam h. l. Madhusûdanus. Laudat Chézyus versum Bhartriharis (I, 73. ed. Bohlen.), quo भू cum dativo constructum est; at demonstrandum erat, idem valere de प्रभू. Quod ultro nunc, omissis ceteris huius verbi iuncturis, monsrabo. Adi *Râm.* II, 23, 25. प्रभविष्यति दुःखाय यथोग्रं पौरुषं मम। »*quantum acris mea virtus ad dolorem excitandum praevalebit.*« Eadem coustructio quum h. l. sisti possit, अहित contra cum dativo iunctum non invenerim, sequendam esse censui rationem scholiastarum. S.

10, *a.* दुष्पूरं। De scriptura cf. adnot. ad III, 39, *d.*

11, *b.* उपाश्रिताः। Madhusûdanus in textu et scholiis अपाश्रितः। L.

* 13, *a. b.* लब्धमिमं। Mitto monstrum vocabuli quod fingit ed. Calc.: लब्धं. In *pron. neutr.* Cod. C. cum ea consentit; Cod. B. D.: लब्धमिमं। Omnino melius: nam मनोरथ est masculinum, nec tanquam adiectivum per tria genera declinatur. Non impedit neutrum praecedens, quo minus hanc lectionem praeferamus:

इदमद्य मया लब्धमिमं प्राप्स्ये मनोरथं।

Prius illud pronomen indefinite est positum sine substantivo, nam prioris hemistichii sententia plane est discreta ab ea quam alterum continet. Proclive autem fuit, hic etiam, ubi *acc. masc.* requirebatur, neutrum alieno loco intrudere, siquidem statim in versu sequente ad neutrum eiusdem pronominis redit oratio. —

Recepi nunc, ut debui, इमं, quam scripturam praebent etiam codd. Londinn. quatuor et *Gotting.* Ed. *Mahâbh.* tamen retinuit इदं, quod praebet etiam Maduusûdanus in textu aeque ac scholiis, nulla addita observatione. Çrîdharus explicat मनोरथं per मनसः प्रियं। Legitne मनोरमं? S.

* 24, *a.* प्रमाणं। Animadvertendum est, hoc vocabulum plerumque cum ellipsi usurpari solere, ut subintelligatur:

प्रमाणमस्तु vel simile quid. Verte igitur: तस्माच्छास्त्रं प्रमाणं ते। »*Quapropter lex sacra oraculi instar tibi* esto« Cf. Hitopad. *ed. Lond.* p. 5. [ed. *Bonn.* p. 8. l. 13.]:

तदेतेषामस्मत्पुत्राणां नीतिशास्त्रोपदेशाय भवन्तः प्रमाणं।

»*Quare hosce meos filios de morum praeceptis admonendi, penes te, vir venerande, auctoritas* esto.« Honoris caussa pronomen, quod Indi in alloquiis cum tertia persona verbi coniungunt, plurali numero positum est, quanquam rex Vishnusarmanem solum alloquitur. Similiter Nal. IV, 31.:

एतावदेव विबुधा यथा वृत्तमुदाहृतं।
मयाशेषे प्रमाणं तु भवन्तस्त्रिदशेश्वराः॥

»*Hactenus quidem, o Divi, sicuti evenit, a me pleno narratum est; arbitrium vero penes vos* esto, *Coelicolarum principes;*« utrum scilicet adire velitis consessum solennem, in quo Damayantis coniugem sibi ipsa eliget. Hoc tanto magis monendum, quod doctum huius carminis editorem minus feliciter, quam solet, in hoc versu interpretando versatum esse video. Vult enim cl. Bopp भवन्तः pro vocativo accipi, quum sit nominativus, neque huius pronominis reapse vocativus omnino detur; vocem प्रमाणं de Damayantidis mandato explicat, quo nullo modo trahi potest, nec vim adversativam particulae तु recte intellexit. —

Quod primus de hoc usu vocabuli प्रमाण observavi, permultis nunc exemplis, si opus esset, confirmare possem. Locum *Nali* emendavit vir cl. Boppius in secunda carminis editione. S.

LECTIO XVII.

1, *d.* आहो। Rarissimi usus est haec particula disiunctiva, pro qua interdum legitur उताहो, ex. c. *Nal.* ed. Bopp. XII, 73. Eam पक्षान्तरे poni observat Madhusûdanus. L.

2, *d.* ताः pro तां cod. *Gotting.* quae scriptura ferri quidem potest, at praestat तां; intellige cum scholl. त्रिविधां श्रद्धां। L.

3, *a.* Desudant frustra scholiastae in explicando सत्त्वानुरूपा ita, ut retineat vox सत्त्व significatum optimae inter tres qualitates; at sola vera est interpretatio, quam posuit Schlegelius, *ratio existendi, ingenium.* L.

6, *a.* कर्शयन्तः। Çrîdharus enarrat per कृशं कुर्वन्तः। Madhusûdanus per कृशीकुर्वन्तः। i. e. macrum reddentes, a कृश adiectivo, cuius denominativum tamen कृशयति fingunt grammatici. Cf. Westergaard s. r. कृश्. Melius itaque cum ed. *Calc.* cod. *Berol.* et ed. *Mahâbh.* scribitur per sibilum cerebralem, ut sit caussativum radicis कृष्, de qua cf. lexic. Posteriorem sensum Latine reddidi. S.

9, *a.* Ad कटु et quae sequuntur adiectiva subaudiunt scholiastae particulam अति। quod tamen nec patitur grammatica, nec postulat sensus. L.

11, *c.* Pro यष्टव्यं cod. *Gotting.* यष्टव्य et 13, *a.* pro असृष्टान्नं praebet अमृष्टान्नं, utrumque male. L.

15, *c.* अभ्यासनं। Lege cum ed. *Mahâbh.* ed. *Calc.* et utroque scholiasta अभ्यसनं, quae sola est forma a viro cl. Wilsone enotata et iusta. L.

17, *b.* तत्। Eius loco cod. *Gotting.* तु, haud bene. L.

* 20. Hoc distichon integrum hinc in celeberrimum fabularum librum translatum est. Lepide ibi tigris vetulus, sanctitatis simulator, hoc sermone beneficentiam suam iactat. In *ed. Lond.* Hitopad. p. 8, lin. 22, 23. id sine ulla lectionis varietate legitur; *ed. Sriramapurensis* et *cod. Paris.* pro स्मृतं substituunt: विदुः। quod aeque commodum est ad sensum. —

In ed. *Hitôp. Bonnensi* exstat I, dist. 14. p. 11. S.

20, *c.* पात्रे recte offendit scholiastas in primis, ut videtur eo, quod h. l. locativi देशे काले च adiunctum sibi habent

पात्रे eodem casu positum, infra 22, *a. b.* contra cum dativo अपात्रेभ्यः coniuncti sunt. Qui casus melius sane quadrat, quia पात्र persona est digna, cui aliquid detur. Ad artificia interpretationis uterque confugit. Madhusûdanus sibi persuasit, aut पात्रे positum esse pro पात्राय, addens चतुर्थ्यर्थे सप्तमी, aut पात्रे explicandum per रक्षकाय. De पातृ tamen nemo cogitabit. Çrîdharus priorem rationem sequitur, locativum पात्रे positum asserens देशकाल[ादि] साहचर्यात्। At hoc vetat syntaxis, quum adsit in eadem sententia dativus अनुपकारिणे। Equidem dixerim, पात्रे h. l. non de persona esse intelligendum, sed interpretandum esse *data iusta occasione.* Proprie enim valet पात्र receptaculum idoneum et translatus est sensus, quum notet personam dignam. L.

LECTIO XVIII.

* 8, *a.* यत् कर्म। Lenior foret orationis structura, si scriptum esset यः कर्म। Sed habet lectio recepta, quo se tueatur. Verbo in modo *potestativo* posito, subintelligitur tum coniunctio conditionalis, tum pronomen indefinitum: *Si quis omittat opus quidpiam — is* etc. S.

Quamvis summopere placet Schlegelii coniectura, nullo tamen libro scripto eam confirmatam inveni. L.

* 12, *c.* भवत्यत्यागिनां। Ed. Calc. त्यागीनां qui foret *gen. plur. masc.* 2 *declin.* a त्यागि *nomin.* त्यागिः। Sed haec forma incognita est, praeterea metrum ista lectione vitiatur. त्यागिनां est a त्यागिन् quae est terminatio possessivorum, *nomin. masc.* त्यागी। S.

Veram scripturam praebent libri ceteri quotquot contuli. L.

13, *a.* पञ्चेमानि pro पञ्चैतानि, ut olim ex. edit. *Calc.* edideram, a Madhusûdano recepi. Mecum consentire nunc video ed. Mahâbh. Calc. S.

11, *c.* सांख्ये। Madhusûdanus explicat per वेदान्तशास्त्रं, dubius haeret Çrîdharus, utrum वेदान्तसिद्धान्तं, an सांख्यशास्त्रं ponat. Nobis, qui non sumus Vêdântae assectatores, dubium non esse debet, quin Sânkhyikam doctrinam indicare voluerit poeta. L.

14. अधिष्ठानं per *corpus*, करणं per *sensus*, चेष्टाः per *actiones sensuum quinque* recte enarrant scholiastae; कर्ता eis est अहंकारः। mallem credere latiori sensu et de tota mente h. l. accipiendum esse vocabulum. De दैव multa verba facit Madhusûdanus eo consilio, ut demonstret, quinam deus cuique principio, corpori, sensibus, ceteris praesit. Tali sensu posuisse vocem दैव quum vix credendus sit poeta, ea omittere haud dubitavi. L.

* 15, *c.* न्याय्यं। Codd. B. C. D. minus recte: न्यायं। Hoc enim substantivum, illud est adiectivum, quod sensus requirit. S.

Veram scripturam praebent praeter utrumque scholiasten editio Mahâbh. et quinque codd. Londinn. L.

22, *b.* अहैतुकं। Madhusûdanus in textu et scholl. अहेतुकं। L.

28, *b.* नैष्कृतिकः। Ed. Mahâbh. Çrîdharus et Madhusûdanus in textu et scholl. नैकृतिकः। Utramque formam significatu vix diverso agnoscit vir cl. Wilso, nec non substantiva, unde ista deducta sunt: निकृति et निष्कृति idem fere valere tradit. At distinguenda haud dubie sunt vocabula et confusae iterum sunt praepositiones नि et निस्, cuius rei aliud exemplum in निवात et निर्वात iam explosit Schlegelius ad VI, 19, *a.* Cf. not. ad V, 2, *b.* Recte नि+कृ a निस्+कृ distinguit Westergaardius noster in *radd. Sanscr.* p. 61.; prius ab origine significat *inhibere*, *constringere*, posterius contra *eiicere*, *profligare.* Scholia ad locum nostrum ostendunt, recte editum fuisse नैष्कृतिकः। Çrîdharus enim explicat per परावमानी, contemptor aliorum, Madhusûdanus fusius per स्वस्मिन्नपकारित्वभ्र-

समुत्पाद्य परवृत्तिच्छेदनेन स्वार्थपरः। quae notiones ad निष्कृति quadrant, haud ad निकृति। L.

* 35, *c.* न विमुञ्चति दुर्मेधा। Sic codices. Ed. Calc.: विमुंचन्ति, quasi दुर्मेधा esset *nom. plur.* 1. *declin.*, spiritu finali abiecto. At दुर्मेधाः est *nom. sing. masc.* a statu vocabuli nudo दुर्मेधस्, unde *nom. plur.* दुर्मेधसः। Cf. Wilson. *Lex.* s. h. v. S.

36, *c. d.* Edocemur a Madhusûdano, a duobus scholiastis (अपर आह etc. et mox भाष्यकाराभिप्रायोऽप्येवं। alter Çankaras est, prior non Çrîdharus, qui dist. 36. hem. *c. d.* cum sequenti coniungit) ita hacc hemistichia explicari, ut definitionem contineant voluptatis in universum, non voluptatis essentialis. Cum hac sententia facit quidem distributio versuum, contrarium vero suadet contextus. L.

41. Qualitates hunc in modum inter quatuor ordines distribuit Çrîdharus: तत्र सत्त्वप्रधाना ब्राह्मणाः। सत्त्वोपसर्जनरजःप्रधानाः क्षत्रियाः। तमउपसर्जनरजःप्रधाना वैश्याः। रजउपसर्जनतमःप्रधानाः शूद्राः। L.

* 43, *d.* क्षात्रं कर्म। Ita expressi ex *ed. Calc.*, quacum codex C. consentit. Ceteri variant. Cod. D.: क्षात्रकर्म। Cod. B. क्षत्रकर्म, quod ultimum prae ceteris mihi arridet, quoniam praecedenti ब्रह्मकर्म optime respondet. Adiectivum istud क्षात्र cl. *Wilso* omisit, videtur tamen id legitime formari a क्षत्र, patronymicorum more, ope maioris augmenti. S.

Madhusûdanus in textu et scholl. क्षत्रकर्म। ed. Mahâbh. क्षात्रकर्म। codd. Londinn. alii aliter, at nil novi. De scriptura Çrîdhari mihi haud liquet. L.

44, *a.* गोरक्ष्य। Madhusûdanus गौरक्ष्य, hoc addito scholio: गोरक्षस्य भावो गौरक्ष्यं। Solam formam गोरक्ष्य agnoscit lexicon viri cl. Wilsonis. L.

64, *c.* दृढमतिः। Eius loco दृढमति ed. Mahâbh. et cod. Berol. दृढमितितो ed. Bhag. G. Calc., voluit itaque दृढमतिस्ततो। abundante tantum vocali इ ante म et male transpositis litteris; दृढमति B. D. इति legit Çrîdharus, at dubius haeret inter

duas rationes; primo loco interpretatur: दृढं अत्यन्तं मे मम त्वमिष्टः प्रियोऽसीति मत्वा। quae explicatio bene se habet, secus altera: यद्वा। त्वं ममेष्टोऽसि मया वक्ष्यमाणं च दृढं सर्वप्रमाणोपेतं। इति निश्चित्य ततस्ते वक्ष्यामि। Nam nimis abrupte ita positum foret दृढं. Laudat denique, non praefert nostram scripturam: दृढमतिरिति केचित् पठन्ति। Madhusûdanus legisse debet दृढमिति। enarrat enim: प्रियोऽसि मे मम दृढमतिशयेन इति यतस्ततः et quae sequuntur. Praestat scriptura दृढमतिः tum ob grammaticam, tum ob sensum et commendatur metro. Abundat enim इति, sequente ततः। quod omittere debuisset poeta, si इति praemisisset atque amicus, nisi idem sit mentis firmae, non dignus est, cui mysterium concredatur. L.

66, *d.* मोचयिष्यामि। Olim edideram मोक्षयिष्यामि ex ed. Calc. quacum consentiunt Madhusûdanus et ed. Mahâbh. Mecum facit Çrîdharus. Videtur enim ita distingui posse inter utrumque verbum, ut मुच् cl. X^mae sit simpliciter *liberare,* मोक्ष् autem praecipue usurpetur de liberatione a *migratione* animae iteranda vel a *periculo* quodam vitae, unde etiam ponitur pro *servare.* S.

67, *a.* नातपस्काय। In priori editione temere scripseram अतपस्याय contra consensum librorum. Legitima enim est derivatio adiectivorum in क a nominibus in अस्। Eadem adiectivi forma cernitur in सोपानत्क ab उपानह् Manu III, 238. S.

Addubitari posset, utrum legitima sit forma अतपस्क, necne, siquidem तपस् inter ea vocabula in अस् non recensetur, quae in compositis Bahubrîhicis affixum कप् adhibent et a grammaticis उरःप्रभृति appellantur. Vid. Panin. V, 4, 151. At contra hoc decretum grammaticorum peccant etiam alia exempla, ut अमनस्क. Kâth. Upan. II, 7. ed. Poley p. 11. L.

68, *d.* असंशयः। cf. ad VIII, 5, *d.*

75, *b.* एतद्गुह्यमहं परं। Ed. Mahâbh. एतद् गुह्यतमं परं। Ma-

dhusûdanus in textu इमं गुह्यतमं परं । at voluit गुह्यमहं, uti praebent scholia; इमं refert ad योगं, quod enarrat per इमं परं गुह्यं योगं योगाव्यभिचारहेतुं (cod. -राहेतुं।) संवादं । Hanc scripturam et interpretationem attribuit commentatoribus, quibus non est annumerandus Çrîdharus, qui एतत् et महं ante oculos habuit. Memorat denique Madhusûdanus scripturam एतत्, hisce verbis: एतदिति नपुंसकलिङ्गपाठस्यैव योगशब्दसामानाधिकरण्येन व्याख्यानमिदं । इति तद्व्याख्यातारः। Res prorsus plana est, modo recordemur गुह्यं esse nomen substantivum, ut 68, *a.* ad quod appositum est योगं, uti redditum est Latine. Id significare oblitus est scholiastes posterior, utrum, posito एतत् pro इमं, in priori persistat interpretatione, secundum quam गुह्यं adiectivum sit sequentis योगं। L.

* 78, *c. d.* Editio Calcuttensis:

तत्रश्रीर्विजयोभूतिर्ध्रुवानीतिर्मतिर्मम ॥

Idem legitur in codicibus *Paris.* universis, idem et cl. *Wilkins* in exemplari suo ante oculos habuit. At, vel sexcentis codicibus repugnantibus, nihilominus contenderem, hunc versum emendatione egere. Lectio recepta sic est resolvenda: ध्रुवा नीतिः । मतिर्मम ॥ Substantivum नीति derivatum a rad. नी *ducere* et sensu, et translatione quae ei subest, plane respondet Francogallico *conduite.* Transfertur deinde ad prudentiam et ad eam ethicae doctrinae partem, quae rebus prudenter gerendis continetur. Clarissimus Wilkins vertit, *good conduct*, quod nimis humile esse ac ieiunum post magnifica illa, quae priore versus hemistichio cumulantur, nemo est qui non videat. At multo gravius est hoc alterum. Sunt frequentissimae versuum clausulae: इति मे मतिः। vel इति मतिर्मम। sed particula इति nullo modo ab iis abesse potest. Lenissima quidem est nostra coniectura, quippe quae unico *repha* expuncto et liquida dentali in cerebralem conversa absolvitur; attamen sententiae structuram prorsus

mutat. Synaloephe enim et litterarum coniunctione sublata haec habemus:

तत्र श्रीः विजयः भूतिः ध्रुवाणि । इति मतिः मम ॥

Adiectivum plurali numero positum est, quoniam ad plura, neutro, quoniam ad substantiva diversi generis, masculina et feminina refertur. Huius usus exempla habemus in carmine nostro, XIV, 12. et 13. Similiter Ramay. I, cap. 50, sl. 15. Ed. Srir.

सो ऽमर्षस्तत्र मे ज्ञानं तत् तपः स च निश्चयः ।
नष्टान्येकपदे चेह सर्वथा किमपि स्त्रियां ॥

Et Ramay. II, cap. 10, sl. 29. (ed. Bonn. II, 12, 27.)

सत्यं दानं तपस्त्यागो मित्रता शौचमार्जवं ।
विद्या च गुरुशुश्रूषा ध्रुवाण्येतानि राघवे ॥

Quo exemplo egregie nostra coniectura firmatur, utpote in quo idem istud adiectivum, de quo nunc agitur, substantivis diversi generis in neutro pluralis numeri cum emphasi quadam subiunctum vidimus. Sic igitur verte ultimum Bhagavad-gîtae distichon: »*A qua parte pugnat devotionis dux Krishnas, a qua parte Prithae natus arcitenens, ibi Faustitas, victoria, principatus, cuncta ea stabilia. Sic stat sententia.*« — Quamlibet me aliquis audaciae reum agat, quod in textum tam sancte servatum quidquam ex ingenio meo intulerim, non tamen a me impetrare potui, ut epiphonema carminis pulcerrimi claudicare ac foedo mendo deturpari sinerem. Iudicent docti. —

Mira est consensio librorum scriptorum et editorum in corruptela scripturae, quam certissima emendatione sanasse mihi videor. Nam ध्रुवा नीतिः । praebent praeter ED. MAHÂBH. SEX CODD. LONDINN. Vel magis tamen est mirandum, corruptae scripturae patrocinari utrumque scholiasten. ÇRÎDHARUS: -- तत्रैव श्रीः - तत्रैव च विजयः - तत्रैव च विभूतिः -- नीतिर्नयो ऽपि तत्रैव ध्रुवा निश्चितेति सर्वत्र संबध्यते। इति मे मतिर्निश्चयः॥

Madhusûdanus: तत्र श्रीः - विजयः - (वि)भूतिः - ध्रुवा अव्यभिचारिणी । इति सर्वत्रान्वयः । नीतिर्नयः । एवं मम मतिर्निश्चयः ॥

Ab hoc numero excipiendi duo tantummodo sunt libri, qui veram sive paene veram conservarunt scripturam. Prior est codex Gîtae biblioth. aedium Indicarum ex libris Gaikawari regis, litteris Devanagaricis scriptus, e regione *Nêpâla* oriundus, quem Londinii olim contuli. Is hanc lectionem exhibet:

तत्र श्रीर्विजयो भूति ध्रुवाणोति मतिर्मम ॥

in qua omnia bene se habent praeter syllabam भु, cui demtum est *repha* superscribendum; nec dubia est lectio, siquidem in codice Devanagarico satis clare distinguitur inter ण et न. Alter est codex micrographicus, quem ex dono Colebrookii, viri immortalis, possideo, picturis ornatus, litteris Devanagaricis tam minutis exaratus, ut vix legi posse primo intuitu videantur; satis clare tamen ibi noster locus hunc in modum scriptus exstat:

यत्र योगेश्वरः कृष्णो यत्र पार्थो धनंजयः धनुर्धरः ।
तत्र श्री विंजयो भूति ध्रुवाणोति र्मतिर्मम ।

quae scriptura, ut nemo non videt, proxime ad veram accedit; विं vestigium praebet rephae, quod omissum est in syllaba भु et male additum sequenti र्म. Quod maioris est momenti, nasalem cerebralem ante oculos habuit in ध्रुवाणि । nam in litteris hisce (न et ण) distinguendis librarii vel parum docti haud facile peccant. Vix opus est monere, male insertum in priori versu esse ex margine vocabulum धनंजयः । S.

INDEX

NOMINUM PROPRIORUM.

INDEX NOMINUM PROPRIORUM.

Bh. G. I, 8. (अश्व equus, et स्थामन् robur, posito त्थ pro स्थ, ut fit Prâcritice. cf. *M. Bh.* I, 130, v. 5114 seqq. et V, 154, v. 5275.)

अश्विन् m. (duali numero tantum usurpatur) iuvenes gemini, pulcerrimi, medici deorum, filii Sûryae sive Solis e matre Sanjñâ, etiam Açvinî dicta, quia formam equae induerat. Natu maior Nâsatyas, minor Dasras appellatur. Vid. *Vishnup.* p. 266. p. 437. Bh. G. XI, 6. 22. (अश्विन् m. f. n. valet equo praeditum, eiusque femininum est अश्विनी, quo nomine appellatur mansio lunaris, capite equino insignita, et dea huius asterismi, quam ab uxore Solis non diversam credo. Aliis locis mater Açvinum dicitur Tvâshtrî, i. e. filia Viçvakarmanis. *M. Bh.* I, 66, 2599: त्वाष्ट्री तु सवितुर्भार्या वडवारूपधारिणी। असूयत महाभागा सान्तरीक्षेऽश्विनावुभौ॥)

असित m. nomen Sapientis vetusti. Bh. G. X, 13. (Associari solet Dêvalae; cf. *M. Bh.* III, 12, 510. 85, 8263. II, 58, 2038. At nil accuratius de eo eruere mihi licuit; silet de eo uterque scholiastes. Edocemur a viro clariss. Wilsone lex. s. v. eodem nomine appellari Saturnum; adiectivum असित significat non album sive nigrum.)

असुर m. gigas, deorum inimicus. Bh. G. XI, 22. (Gigantum pater est Kaçyapus, matres sunt Ditis, atque Danâyus. Vid. M. Bh. I, 65, 2541 seqq. Derivant nomen ab अ priv. et सुर; vid. *Râm.* I, 45, 38. Veram originem significavit Schlegelius in not. ad interp. Lat. p. 144.)

आदित्य m. 1) sol. Bh. G. V, 16. VIII, 9. XV, 12. — 2) ita dicuntur etiam XII dii solares sive sol quovis mense aliud zodiaci signum occupans alioque nomine appellatus. Bh. G. X, 21. XI, 6. 22. (Cf. *Vishnup.* p. 233. 234. no. 2. p. 122. Nomina singula leguntur etiam *M. Bh.* I, 65, 2522. 123, 4824. Versus Bh. G. X, 21. illustratur his *M. Bh.* locis: v. 2524: द्वादशो विष्णुरुच्यते। जघन्यजस्तु सर्वेषामादित्यानां गुणाधिकः॥

ibid. v. 2600: तेषामवरजो विष्णुर्यत्र लोकाः प्रतिष्ठिताः॥ Confunditur itaque deus hic solaris cum magno eiusdem nominis numine; quod posterioris est aevi; huius enim in Vêdis nulla est mentio, ille cum ceteris Adityis saepius memoratur. Derivatur nomen ab अदिति, filia Daxac, uxore Kaçyapi, matre horum divorum.)

इक्ष्वाकु m. rex, qui filius legislatoris Manûs fertur et progenitor stirpis, quae Ayôdhyae regnavit, ad quam pertinuit etiam Râmas. Bh. G. IV, 1. (Vid. *Râm.* I, 70, 20. *Vishnup.* p. 348. p. 359. Derivatio lusoria est quae *Vishnup.* p. 359. e Bhâgavata promitur; nomen significat cucurbitam et ita dictus fortasse est rex ob numerosam posteritatem, quae cum magno acinorum numero in cucurbita comparata est. Id suadet fabula de Sumate, Sagari uxore, quae LX millia filiorum paritura, primum cucurbitam edidisse dicitur, qua dirupta caterva ista filiorum in lucem prodierit. Vid. *Râm.* I, 39, 17.)

इन्द्र m. 1) princeps deorum gentium minorum, coeli, aëris et tempestatum deus, praeses plagae orientalis. 2) princeps in universum. cf. सुरेन्द्रलोक. (De origine cf. *Anthol. Sanscr.* ind. s. v.)

उच्चैःश्रवस् m. (nom. -वाः) equus Indri, princeps equorum. Bh. G. X, 27. (Cf. *Râm.* I, 45, 39. *M. Bh.* I, 17, 1096. seqq., 1196. seqq. *Vishnup.* p. 153. p. 78. not. Ab उच्चैः, alte, et श्रवस् auris.)

उत्तमौजस् m. (nom. -जाः) heros, amicus Panduidarum. Bh. G. I, 6. (उत्तम, summus, optimus, et ओजस्, vigor.)

उरग m. Serpens, idem ac नाग. q. cf. Bh. G. XI, 15. (उर pro उरस् pectus, et ग, irc.)

उशनस् m. (nom. -नाः) planeta Venus, alias *Çukras.* Bh. G. X, 37. (Pater ei est *Kavis,* कविः, quod nomen poetam et sapientem notat. Rigv. I, 83, 5. *M. Bh.* I, 66, 2544. 2606. seqq.

100, 4003. 75, 3188. seqq. *Vishnup.* p. 82, not. 1. p. 272. Magister dicitur Asurorum atque ei adscribitur codex legum, qui *Hitôp.* I, dist. 114. una cum codice Vrihaspatis laudatur, tanquam si enarratae in eis essent iuris cavillationes astutiae mulierum similes. Poemata eius ignoro, nisi fortasse hymni quidam Vêdici intelligendi sunt. उशनस् derivandum esse arbitror a rad. उष्, praes. उच्छति, *lacere,* cuius exempla leguntur *Rigv.* I, h. 113. passim et derivata sunt उषस् f. aurora et vox Vêdica उस्रस् n. dies.)

उष्मपा m. (nom. -पाः) nomen Manium. cf. पितृ. Bh. G. XI, 22. (उष्मन् calor, et पा rad. bibere. cf. not. ad Bh. G. l. l.)

ऋच् f. (nom. ऋक्) nomen Vêdi primi. Bh. G. IX, 17. (Appellativum significat hymnum, quales continet Vêdus eiusdem nominis.)

ऋषि m. 1) homo sanctus, pietate et sapientia insignis, rerum divinarum peritus, quales olim exstitisse tradunt fabulae Indorum. Ordines eorum septem ponuntur: देवर्षि, ब्रह्मर्षि, राजर्षि, परमर्षि, महर्षि, श्रुतर्षि, काण्डर्षि, duo tamen nomina postrema nullibi praeter lexica me legere memini; significant virum qui scientiam a deo traditam (श्रुत) vel partem (काण्ड) Vedorum revelatam sibi tenere credebatur. ऋषि etiam vates est, qualis hymnos Vêdicos effatur. Vid. Colebrookii dissert. de Vêdis. *Essays.* I. p. 21. *Paramarshis* (sapiens summus) et *Maharshis* (sapiens magnus) ordinem certo numero definitum constituere non videntur, atque sunt potius tituli honorifici, quibus appellantur quum sapientes isti in universum, tum etiam ii qui ad certum ordinem pertinent. Ita Vyâsas, qui in lexico Wilsonis s. v. Maharshis nominatur, saepissime et simpliciter tum Rishis dicitur tum Paramarshis, ut *M. Bh.* I, 1, v. 17. etc. et Kând'us sapiens haud magnopere praestans eodem titulo laudatur. Vid. *Anthol. Sanscr.* p. 56, l. 15. Qui Brahmarshes dici

solent, *Manu* I, 34. Maharshes audiunt. De Paramarshe certum indico quod dixi, de Maharshe dubium est. Cf. s. hac voc. Remanent itaque nomina tria priora, quibus ordines significantur sapientum certa quadam indole praeditorum. De *Dêvarshe* et *Râjarshe* cf. ind. s. v. v., tertium *Brahmarshis* in nostro carmine non legitur et usurpatur de sanctissimis, primogenitisque sacrarum rerum institutoribus et curatoribus, Vasishtha et sex aliis. Iidem tres ordines soli nominantur *Vishnup.* p. 284. — Vid. Bh. G. V, 25. X, 13. XI, 15. XIII, 4. — 2) Ponitur ब्रह्मर्षि plurali numero, addito saepius सप्त, septem, vel composito सप्तर्षि pro stellis Ursae maioris, quas inhabitant sapientes Brahmarshes. (ऋषि a ऋष् rad. Vêdica *conspicere*. Vid. *Anthol. Sanscr.* s. v. Col. *Ess.* I, 21.)

ऐरावत m. elephantus Indri dei, sui generis princeps, etiam ऐरावण dictus. Bh. G. X, 27. (Derivant ab इरावत्, oceano, ex quo natus fertur; cf. *M. Bh.* I, 19, v. 1151. *Vishnup.* p. 78, not. 8. p. 153.)

कन्दर्प m. Amor deus sive Cupido, vulgo *Kâma* dictus. Bh. G. X, 28. (Prior pars कम्, rad. cupere, esse videtur, दर्प superbia est.)

कपिध्वज m. cognomen Arjunae Bh. G. I, 20 (A vexillo, ध्वज, cui inerat imago simiae, कपि).

कपिल m. anachoreta, qui Bh. G. X, 26. princeps Siddhorum vocatur; de his suo loco dicetur. (Anachoreta, मुनि, huius nominis saepius laudatur atque in veterum sapientum numerum refertur. Vid. Colebrookii *Essays*. I. 229. 144. Is auctor creditur doctrinae Sânkhyicae. ibid. 229. Idem nonnullis locis Agnis deus esse asseritur: *M. Bh.* III, 220, 18298: कपिलं परमर्षिं च यं प्राहुर्यतयः सदा। अग्निः स कपिलो नाम सांख्ययोगप्रवर्तकः॥ aliis denique Vâsudêvas sive Vishnus. *M. Bh.* III, 47, 1896. *Râm.* I, 41, 25 *Vishnup.* p. 378. Quae

quomodo inter se componi debeant, haud assequor. Sapientem et philosophum loco Bh. G. esse intelligendum, certum est; audi praeterea Çrîdharum: सिद्धानामुत्पत्तित एवाधिगतपरमार्थानां कपिलाख्यो मुनिरुच्यते। quae paucis additis repetit Madhusûdanus. Cf. praeterea lex. s. v. et ind. ad *Vishnup.* Adiect. valet helvum.)

कर्ण m. rex regionis Angae, unus inter duces exercitus Kuruidarum, filius Sûryae sive Solis e Kuntide, matre trium Pânduidarum, posthac Pândui nupta. Bh. G. I, 8. XI, 34. (Vid. *M. Bh.* III, cap. 302. seqq. I, cap. 66. I, cap. 136. V, cap. 54, v. 5301. seqq. Angae reges ad Sûtorum ordinem pertinuere, ideoque Karnas सूतपुत्र dicitur. Vid. Bh. G. XI, 26. Cf. *Vishnup.* p. 437. p. 446. A कर्ण, auris, ob fabulam, quae l. l. narratur.)

कामदुह् f. (nom.-धुक्) vacca abundantiae, principalis vaccarum, alias *Surabhi* dicta. Bh. G. III, 10. X, 28. (cf. *Vishnup.* p. 76. A काम desiderium, et दुह् r. mulgere, lac emittere; praebens quodcunque desideratur.)

काल m. 1) tempus. Bh. G. II, 72. etc. 2) Quia temporis decursu fata consummantur, omniaque quae existunt, pereunt, काल et notat fatum, letum, mortem, et eo nomine appellatur interdum यम, rex mortuorum et inferorum, saepissime autem Çivas, mundi destructor. Ad Vishnum refertur et nomen et munus temporis omnia pessum dantis Bh. G. XI, 32. Itidem *Kâla* forma Vishnûs dicitur *Vishnup.* p. 9. Alio loco X, 30. prosopopoeia temporis est, de qua locus luculentus est *M. Bh.* I, 250 seqq. Filius dicitur *Dhruvi* sive stellae polaris, qui inter Vasues enumeratur. *M. Bh.* I, 66, 2585: ध्रुवस्य पुत्रो भगवान् कालो लोकप्रकालनः। cf. *Vishnup.* p. 120. (A कल् r. cl. 1. numerare, computare.)

काशिराज m. rex Kâçiae sive Varânasiae i. e. Benares, assectator Pânduidarum. Bh. G. I, 5. Non diversus a काश्य, ibid.

I, 17. (Huius nominis rex, filius Kâçae, invenitur in catalogo regum Kâçiae *Vishnup.* p. 406. काश्य patronymicum est a काश. Prius nomen significat regem Kâçiae et proprie ad omnes eiusdem regionis reges pertinet, ita ut dubium mihi sit, utrum proprio nomine Kâçirâjas dictus sit, an aliud sibi peculiare habuerit. Posterius suadet superior aetas Kâçirâj'ae, qui *Vishnup.* l. l. laudatur; काशिपति et काश्य etiam de patre uxorum Vichitravîryae usurpantur. *M. Bh.* I, 102, 4083. 4128. Est sane quaedam horum nominum confusio. Cf. praeterea *Harivanç.* 29, 1513 seqq. 32, 1733 seqq.)

किरीटिन् m. cognomen Arjunae. Bh. G. XI, 35. — Alias epitheton Krishńae. Bh. G. XI, 17. 46. (Tiaratus a किरीट, tiara.)

कुन्तिभोज m. rex, pater adoptivus Prithae sive Kuntidis, matris Karnae et trium Pânduidarum natu maiorum, quorum socius est. Bh. G. I, 5. (Cf. *M. Bh.* I, 3, 4382. *Vishnup.* p. 437. कुन्ति nomen est gentis, भोज a भुज् r. frui, fructum percipere, regnare.)

कुन्ती f. filia regis Çûrae, a rege Kuntibhôja adoptata. Vid. antec. Bh. G. I, 16.

कुन्तीपुत्र m. cognomen Yudhishthirae, Pânduidarum natu maximi. Bh. G. I, 16. Vid. antec.

कुरु m. 1) nomen regis vetusti, ad cuius propaginem pertinuere et Pânduidae et filii Dhritarâshtrae. 2) nomen gentis Indicae vetustae. De toto Kuruidarum exercitu ponitur. Bh. G. I, 25. atque hoc sensu plurali numero saepissime per *M. Bh.* opponitur voci पाण्डव et significat factionem filiorum Dhritarâshtrae. Ad Panduidem Arjunam referenda tamen sunt vocabula कुरुनन्दन, qui Kuruidas delectat, Bh. G. II, 41. VI, 43. XIV, 13. कुरुसत्तम, ibid. IV, 31. et कुरुश्रेष्ठ, ib. X, 19. optimus Kuruidarum, कुरुप्रवीर *πρόμαχος* Kuruidarum. ib. XI, 48.)

कुरुक्षेत्र n. i. e. campus Kuruidarum, quo magnum proelium Kuruidas inter et Pânduidas commissum est; situs est ab occidente fluvii Yamunae in vicinia urbis Delhi et amnis Sarasvatis. (cf. *Zeitschrift für die Kunde des M.* I, 351. III, 200. a कुरु et क्षेत्र, campus.)

कुरुवृद्ध m. senex Kuruidarum i. e. Bhîshmas. q. v. cf. Bh. G. I, 12. (कुरु et वृद्ध, adultus, senex.)

कृप m. rex Panchâlorum, filius Satyadhritis, pater Kripidis, quae etiam Gautamî et Çâradvatî dicitur, mater Açvatthâmanis; Kripas inter duces copiarum Kuruidarum fuit. Bh. G. I, 8. (*M. Bh.* I, 130, 5070. V, 155, 5274. VI, 43, 1595. *Vishnup.* p. 454. De origine nominis cf. M. Bh. l. l.)

कृष्ण m. notissimum nomen, quo octava dei Vishnûs ἐπιφανεία appellatur. Bh. G. I, 28. 32. 41. V, 1. etc. (Adiectivum caeruleum valet; mira nominis explicatio legitur *M. Bh.* V, 69, 2568. Vol. II. p. 185.)

केशव m. cognomen Krishnae. Bh. G. I, 31. II, 54. III, 1. X, 14. XI, 35. XVIII, 76. (Pulcricomus, proprie comatus a केश, caesaries, et affixo parum usitato व).

केशिनिषूदन m. interfector Keçinis gigantis, cognomen Krishnae. Bh. G. XVIII, 1. (केशिन्, proprie crinitus, tum Dânavas ita nominatus, et निषूदन, interfector.) cf. *M. Bh.* I, 65, 2531. *Vishnup.* p. 539.)

कौन्तेय m. filius Kuntidis. Hoc nomine proprie dici debent Pânduidae tres natu maiores, usurpatur tamen etiam de duobus fratribus iunioribus; per nostrum carmen de Arjuna solo legitur. Bh. G. I, 27. II, 14. 37. 60. III, 9. 39. etc. (कुन्ती).

गन्धर्व m. genus semideorum, qui in Indri coelo degunt et apud deos curatores sunt rerum musicarum. Bh. G. X, 26. XI, 22. (Vid. *Vishnup.* p. 41. p. 150. *M. Bh.* I, 66, 2550. seqq. Origo nominis haud patet.)

tus. Bh. G. III, 20. (cf. *Râm.* I, 71, v. 1. v. 13. *Vishnup.* p. 390. जनक a जन्, progenitor.)

जनार्दन m. cognomen Krishnae et omnino Vishnûs. Bh. G. I, 36. 39. 44. III, 1. X, 18. XI, 51. (A जन, homo et अर्दन a rad. अर्द् 1) vexare. 2) ferire. 3) rogare; quae significationes etiam in nomine अर्दना cernuntur. Grammatici explicant: ab hominibus cultus; cf. Wils. lex. s. v. et *Vishnup.* p. 19. Obstat tamen activa nominum in अन vis. Aliter *M. Bh.* V, 69. v. 2564: दस्युत्रासाज्जनार्दनः, i. e. quia praedonibus terrorem iniicit, Janârdanus est; जन tamen hoc sensu praedonis nullibi legitur. Nomen proprie significat vexatorem hominum, quod ita fortasse intelligi debet ut sit, qui desiderio sui cordia hominum quasi vexat.)

जयद्रथ m. rex Sindhuidarum, Sauvirorum et Çibium, patronymice Vârddhaxatris, unus ducum a Kuruidis in magno proelio constitutorum. Bh. G. XI, 34. (cf. *M. Bh.* III, cap. 263 seqq. in primis v. 15581, v. 15618, v. 15621. V, 154, v. 5274. जयत् vincens, रथ currus.)

जाह्नवी f. nomen Gangae deae, proprie filia Jahnûs. Bh. G. X, 31. (cf. *Râm.* I, 44, 35 seqq.)

दानव m. nomen generis cuiusdam gigantum, deis inimicorum, a matre Danu (दनु) ita dictorum. Pater fuit Kaçyapus. Bh. G. X, 14. (cf. *M. Bh.* I, 65, 2530 seqq. *Vishnup.* p. 147.)

दुर्योधन m. Kuruides, filius regis Dhritarâshtrae natu maximus, praecipuus belli contra Panduidas instigator. Bh. G. I, 2. (A दुस्, δυς, et योधन, ratio bellandi; qui non virtute et honeste gestis, sed dolo et insidiis vincere studet.)

देवदत्त m. nomen conchae Arjunae. Bh. G. I, 15. (A deo, देव, datus, दत्त).

देवर्षि m. Sapiens divinus. Genus est sapientum sive ऋषीणां, qui in coelo Indri degunt. Bh. G. X, 13. 26. (In numero et

sacerdos, at militaris scientiae, quam a Râma Jamadagnis filio traditam tenebat, peritissimus et multorum heroum magister; hinc आचार्य dictus; Bh. G. I, 2. 3. Posthac rex Panchâliae borealis cum regia Ahichhatra et dux exercitus apud Kuruidas. Bh. G. I, 25. II, 4. XI, 26. 34. (cf. *M. Bh.* I, 130, 5105 seqq. 5132 seqq. I, 138, 5516. V, 154, 5275. A द्रोण, vas, ob originem miraculosam.)

द्रौपदेय m. filius Draupadîdis, itaque Pânduidarum. Vid s. v. द्रुपद. Bh. G. I, 6. 18. (cf. *M. Bh.* I, 63, 2450. I, 221, 8039. Yudhishthirae filius fuit Prativindhyas, Bhîmae Sûtasomas (Çrutasômas, V. P. p. 259.) Arjunae Çrutakîrtis, Nakulae Çatânikas, Sahadêvae Çrutasênas (Çrutakarman, V. P.))

धनंजय m. cognomen Arjunae. Bh. G. I, 15. II, 48. 49. IV, 41. etc. (धन, divitiae, et जय, victoria; qui divitias sibi victoriis comparaverat; vid. *M. Bh.* IV, 44, 1380.)

धार्तराष्ट्र m. filius regis Dhritarâshtrae. Cf. v. seq. Plurali positum nomen significat filios Dhritarashtrae in universum, vel factionem, copiasve eorum. Bh. G. I, 19. 20. 36. 37. II, 46; singulari Duryôdhanam, ut Bh. G. I, 23. Cf. seq.

धृतराष्ट्र m. rex Kuruidarum, filius Vichitravîryae post mortem patris e vidua Ambika sive Kâuçalya a Vyâsa procreatus, frater Pândûs et Vidurae. Filii ei fuere ex uxore Gândhârî centum, quorum natu maximus Duryôdhanas; is atque Duhçâsana, Vikarn'a, et Chitrasêna primores inter fratres dicuntur. Bh. G, I, 1. XI, 26. (cf. *M. Bh.* I, 96, 3804. I, 101, 4085. I, 102, 4135. I, 110, 4372. Coecus inde a natalibus erat Dhritarâshtras. *M. Bh.* I, 106, 4286. Eo spectare nomen videtur, quod tenacem imperii notat, a धृत, retentus, et राष्ट्र, regnum, siquidem ob coecitatem ad res administrandas parum aptus imperio tamen semet non exuit.)

धृष्टकेतु m. rex Chêdium, filius Çiçupâlae, socius Panduidarum eisque inter duces copiarum. (Bh. G. I, 5. (cf. *M. Bh.* V, 18,

576. V, 156, 5324. V, 49, 2010. V, 170, 5900. A धृष्ट, audax, et केतु, vexillum.)

धृष्टद्युम्न m. filius Drupadae, rei militaris peritissimus, ideo aciei Pânduidarum instruendae selectus. Bh. G. I, 17. (cf. s. v. द्रुपद et *M. Bh.* V, 150, 5100. A धृष्ट et द्युम्न, opes, robur.)

नकुल m. filius Pândûs quartus sive potius Nâsatyae, Açvinis natu maioris, ex matre Mâdrî sive Bâhlikî, sorore Çalyae. Bh. G. I, 16. (cf. *M. Bh.* I, 113, 4440. I, 124, 4850 seqq. *Vishnup.* p. 437. नकुल m. f. n. ignobilis. cf. Wilson. s. v. m. viverra. Rationem appellationis ignoro.)

नक्षत्र n. mansio lunaris, quarum XXVII vel XXVIII ponuntur. cf. Colebrooke dissert. *As. Res.* IX. et *Ess.* II. p. 321. Bh. G. X, 21. (Filiae Daxi progenitoris sunt *M. Bh.* I, 66, 2577. 2580. Num a नाक, coelum, et क्षत्र, n. in Vêdis vis, Zendice dominium?)

नाग m. 1) serpens. 2) ita dicuntur in mythologia Indica semidei quidam, vultu humano, corpore serpentum ad genus colubri pertinentium, regiones inferas sive नागलोक incolentes. Bh. G. X, 29. (Filii sunt Kaçyapi ex Kadrû. cf. *M. Bh.* I, 16, 1073. seqq. I, 65, 2548. Eorum nomina ibid. I, cap. 35. Variae eorum genera enumerantur ibid. cap. 58. Adde *Vishnup.* p. 149. M. f. n. montanus, a नग. Distinguuntur nostro carmine नाग et सर्प X, 28. 29. In longis tamen narrationibus de Nâgis Bhârateae praemissis promiscue usurpantur variae serpentum appellationes: नाग, सर्प, पन्नग, उरग etc.)

नारद m. Sapiens divinus sive देवर्षि ita dictus. Bh. G. X, 13. 26. (Attribuitur ei codex legum et Purâńum eius nomine inscriptum est. Vid. *Vishnup.* praef. p. XXXII. Neutrum librum Bh. G. X, 13. intelligendum esse credo, sed locum Upanishadis cuiusdam; narrationum praeterea peritissimus saepe exhibetur. Inventor est Vînae sive lyrae. Ad decem

mundi progenitores refertur *Manu* I. 35.; ad XVI. Gandharbas deorum, filios Kaçyapi et Munidis. *M. Bh.* I, 66, 2553. A नार et दा, dare; rationem nominis ignoro.)

पवन m. aëris deus; intelligi debet cum scholiastis Vâyus ventus; Marutum sive Ventorum princeps Marîchis dicitur, non Vâyus. Bh. G. X, 31. (पू, purificare.)

पाञ्चजन्य m. nomen conchae Krishnae. Bh. G. I, 15. (De origine cf. *Vishnup.* p. 562. Nomen gigantis पञ्चजन significat quinque gentes.)

पाण्डु m. rex Kuruidarum, pater quinque Pânduidarum, frater Dhritarâshtrae, filius Vyâsae ex Ambâlikâ, sorore Ambikae. cf. s. v. Dhritarâsht'ra. Bh. G. I, 3. (पाण्डु m. f. n. pallidus.)

पाण्डव m. filius Pândûs. Pluralis tum de quinque fratribus, tum de factione sive copiis Pânduidarum ponitur. Bh. G. I, 1. 2. X, 37. Ceteris carminis nostri locis singulari positus Arjunam notat. I, 14. 20. IV, 35. XI, 35. 55. XIV, 5. (Patronymicum antecedentis.)

पार्थ m. filius Prithae (vid. s. v. कुन्तिभोज). De tribus Pânduidis natu maioribus proprie diceretur, usurpari tamen solet de solo Arjuna. Bh. G. I, 25. 26. II, 3. 21. 32. 39. 42. etc. (A पृथा.)

पावक m. nomen Agnis sive Ignis dei. Bh. G. X, 23. (पू, purificare, aff. अक).

पितृ m. 1) pater. 2) eo nomine dicuntur Manes sive progenitores generis humani et Sapientes vetusti mortui, loco deorum habiti, regionem coelestem sibi propriam incolentes. Bh. G. IX, 25. X, 29. (cf. Wilsonis lex. s. v. v. पितृ et पितृगण et in primis copiosissima eiusdem nota ad *Vishnup.* p. 320. Locus *Harivançae* publici iuris nunc factus est in *M. Bh.* Vol. IV. p. 474. seqq.)

पुरुजित् m. heros, socius Pânduidarum, frater Kuntibhojae. Bh. G. I, 5. (cf. *M. Bh.* VIII, 7, 172. पुरु m. f. n. multus, जि, vincere.)

पौण्ड्र m. nomen conchae Bhîshmae. Bh. G. I, 15. (A पुण्ड्र 1) m. gens Indica in Bengalia agens; 2) n. canna sacchari-fera rubra.)

प्रजापति m. 1) progenitor in universum. Bh. G. XI, 39. 2) De Brachmane creatore ponitur III, 10. (प्रजा, creatura, पति, dominus.)

प्रह्लाद m. nomen principis Daityorum. Bh. G. X, 30. (Cf. s. v. दैत्य. A प्र et ह्लाद m. ab ह्लद्, exhilarari.)

ब्रह्मन् 1) m. unus ex tribus summis Brachmanum deis, creator mundi. Bh. G. VIII, 16. 17. XI, 15. 37. — 2) n. summum numen, τὸ θεῖον. Vid. index II. (A वृह् sive बृह्, rad. cl. I. augeri, crescere.)

ब्रह्मभुवन n. mundus Brahmanis omnium summus, hominibus perfectae virtutis et scientiae paratus. Bh. G. VIII, 16. (Antec. 1) et भुवन, mundus.)

ब्रह्मसूत्र n. titulus libri philosophici, placita de summo numine sistentis. Bh. G. XIII, 4. (ubi cf. nota. A ब्रह्मन् 2) et सूत्र, decretum, placitum, ἀφορισμός.)

भगवत् m. in inscriptionibus personarum carminis nostri, praefixo श्री, Krishnam significat. Adiectivum notat venerandum et de deis in universum et hominibus sanctis usurpatur; de Krishńa Bh. G. X, 14. 17. (भग n. felicitas, aff. वत्.)

भरत m. rex, filius Dushyantae et Çakuntalae, qui inter maiores fuit Kuruidarum et Pânduidarum. Ponitur nomen de cunctis eius posterioribus. Vid. *M. Bh.* I, 74, 3117. seqq. *Vishnup.* p. 449. Hinc भरतर्षभ m. taurus (ऋषभ) i. e. princeps Bharatidarum de Arjuna. Bh. G. III, 41. VII, 11. 16. VIII, 23. XIII, 26. XIV, 12. XVIII, 36. Sic etiam भरतश्रेष्ठ m. optimus Bharatidarum. Bh. G. XVII, 12. et भरतसत्तम m. id. Bh. G. XVIII, 4. (A भृ rad. ferre, sustentare, affix. अत sive अन्त; sustentator, imperator; primus toti orbi terrarum imperitasse traditur. *M. Bh.* l. l. भरत etiam rhapso-

dum et minum notat, quia memoria poemata *tenet* et *circumfert.*)

भारत m. patronymicum nominis anteced. Bharatides. De Arjuna II, 14. 18. 28. 30. et multis aliis locis, praeter I, 24. et II, 10. ubi Dhritarâsht'ras intelligendus est.

भीम m. secundus Pânduidarum, filius Venti dei, etiam Bhîmasênas et Vrikôdaras dictus, robore et celeritate praestantissimus, unus ducum in magno proelio. Bh. G. I, 4. 10. (cf. *M. Bh.* I, 123, 8772. V, 150, 5100. et s. v. अर्जुन. Eius loco dux ponitur Dhrishtakêtus. *M. Bh.* V, 156, 5324. भीम m. f. n. terribilis.)

भीष्म m. heros, filius Çântanûs et Gangae deae, frater Vichitravîryae, cuius mater Satyavatî Vyâsam pepererat, antequam Çântanui nupserat; itaque patruus Pândûs et Dhritarâshtrae, propatruus Pânduidarum et Duryôdhanae, tempore belli natu Kuruidarum maximus, vir sapientissimus et fortissimus, dux copiarum; aliis nominibus Dêvavratas et Gângêyas. Bh. G. I, 8. 10. 11. 25. II, 4. XI, 26. 34. (cf. *M. Bh.* I, 95, 3800. I, 99, 3965 seqq. V, 154, 2574. *Vishnup.* p. 459. भीष्म m. f. n. terrefaciens, a भीष् i. e. causs. radicis भी, aff. म.)

भूत n. Bh. G. XI, 25. XVII, 4. significat Lemures et Larvas, maligunm genus, quod coemeteria et alia loca deserta infestat, vel corporibus mortuorum insidet, hominibus insidians, eorumque carne vescendi cupidum. (भूत, a भू, fieri, primario sensu de omnibus animantibus sive rebus creatis ponitur. Lemures isti filii appellantur Kaçyapi et Krôdhae (i. e. irae). *Vishnup.* p. 150. no. 18. Idem fortasse tradidit Bhâratea; at omissi sunt cap. 65. librariorum sive editorum culpa filii Krôdhae.)

भृगु m. Sapiens vetustus, princeps magnorum Sapientum sive महर्षीणां. Bh. G. X, 25. (Ad sapientes divinos refertur a viro

»(dii) considunto, homo veluti,« redditur; at multo melius h. l. intelligitur pluralis, praemisso verbo सीदन्तु tribusque deorum nominibus. Eodem sensu ibid. 13, 4. 14, 11. et aliis locis. Eandem vim attribuendam esse formae मनु h. l. reor. 96, 2: इमाः प्रजा अजनन्मनूनां । quod cum scholiastis reddit Rosenius: »has generationes genuit *Manuidarum.*« At de pluribus Manubus in hymnis Vêdicis sermo est nullus; praestat itaque interpretari: generationes *hominum.* Utraque denique forma usurpatur de *homine primogenito, creatore,* et legislatore; cf. ibid. 31, 4. 36, 10. 19. 112, 16. 18. Sic 45, 1. मनुजातं जनं, genus a Manu genitum; 68, 4. मनोरपत्ये, apud Manûs prolem. Altera forma exstat in adverbio comparativo मनुष्वत्, veluti a Manu, vel veluti Manus; ita recte enarratur 46, 13. 105, 13. 14. Duobus aliis locis 44, 11. 31, 17. explicatur homo, at prorsus falso; nimirum omnibus traditio de quodam Manûs sacrificio respicitur. A मनु constat derivatum esse मनुज; forma मानुष, a मनुस् repeti debet; nam quod traditur in lex. s. v. मानुष, id oriundum esse a मनुष, nil est, quum talis forma non exstet, neque feminino मनुषी demonstrari potest; hoc enim, ut recte ponunt grammatici, a मनुष्य descendit et contractum est e मनुष्यी; in मनुष्य dubius haereo, utrum a मनुस् affixo य, ut दिव्य, धन्य, an a मनु aff. स्य, quod ponunt grammatici, derivem.)

मरीचि m. princeps Marutum sive Ventorum. Vid. seq. Bh. G. X, 21. (Diversus hic esse debet ab eo Mariche, qui filius Brahmanis, Kaçyapique pater traditur et inter progenitores refertur. *M. Bh.* I, 65, 2519. *Vishnup.* p. 49. p. 82. मरीचि m. f. radius.)

मरुत् m. Ita dicuntur dii ventorum singulorum; quorum aut VII aut XLIX ponuntur. Bh. G. X, 21. XI, 6. 22. (cf. *Râm.*

I, capp. 46 et 47; interp. Lat. p. 149. *Vishnup.* p. 152. Originem vocis ignoro.)

महर्षि m. magnus sapiens. Vid. s. v. ऋषि. Bh. G. X, 2. XI, 21. *Bhrigus* magnorum sapientum princeps quum dicatur X, 25. certus eorum ordo et numerus esse videtur, licet confitendum sit, महर्षि etiam de sapientibus nullo nomine magnopere insignibus saepius poni. Si decem progenitores huc trahere velis, qui *Manu* X, 34. महर्षि dicuntur, invenies eis annumeratos esse et ब्रह्मर्षि, ut Vasishtham, et देवर्षि, ut Nâradam, et paullo post v. 36. idem vocabulum de inferiori quodam sapientum genere esse positum. Idem valet de sex filiis cogitatione sive ex animo a Brahmane genitis, qui *M. Bh.* I, 65, v. 2518. et I, 66, 2565. 2565. (nam male intrusa sunt h. l. nomina Rudrorum) षण्महर्षयः dicuntur; at sunt sex progenitores enumerati et abest Bhrigus. Numerus horum sapientum septenarius, qui Bh. G. X, 6. ponitur, demonstrat, eo loco intelligendos esse सप्तर्षि, quorum sex iidem sunt atque ii qui filii Brahmanis *M. Bh.* l. l. vocantur et ad progenitores pertinent; septimo loco aut Vasishthas ponitur aut Daxas. cf. *Vishnup.* p. 49.)

माधव m. cognomen Krishnae. Bh. G. I, 14. 37. (Patronymicum credo; nam Madhus inter proavos Krishnae recensetur. *Vishnup.* p. 418. Cf. tamen cognomen मधुसूदन, cuius sensu accipiendum esse माधव coniectari posset. Lusoria est derivatio, quae *M. Bh.* V, 69, 2563. Vol. II. p. 185. promitur.)

मार्गशीर्ष m. nomen mensis qui partem posteriorem Novembris, priorem Decembris continet. Bh. G. X, 35. Nomen derivatum est a मृगशीर्ष n. (मृग, dorcas, शीर्ष, caput), quo significatur mansio lunaris quinta, stellam λ Orionis tenens, capite dorcadis. Quaeritur, cur mensis iste princeps omnium Bh. G. X, 35. dictus sit. Rem hunc in modum explicare

molitur Madhusûdanus ad loc. मासानां द्वादशानां मध्ये ऽपि नवशालिवास्तुकशाकादिशालित्वेन शीतातपशून्यत्वेन च सुखहेतुर्मार्गशीर्षो ऽहं ॥ »Ego mensis sum Mârgaçîrshus, qui voluptate afficit, utpote qui abundantiam novae oryzae, aliarumque frugum afferat et aeque frigore atque calore careat.« Attamen ut taceam, praedicari hoc posse etiam de aliis quibusdam mensibus, apparet ex hemist. seq. quo dicitur, Vasantam esse optimum inter tempora anni, intelligendum esse mensem vernum. Initialem anni mensem olim fuisse Mârgaçîrsham inde concludi licet, quod alio nomine dictus sit Agrahâyańa, hoc est *initium anni* (अग्र, initialis, हायन, annus). Vâiçâkha primus hodie est mensis anni Indici, at constat id olim aliter fuisse. Sin itaque probari posset, fuisse tempore quodam certo Mârgaçîrshum primum anni mensem atque vernum, caussam aptam invenissemus, cur loco Bh. G. Krishnas isti mensi semet ipsum comparaverit. In hoc inquirant astronomi. Invenio in libro utilissimo Prinsepii, *Useful tables*, part. II. p. 18. tabulam ad rationes Bentleyi concinnatam mensium, a quibus diversis temporibus anni initium factum sit, antequam fixo anno solari uterentur Indi; Mârgaçîrshus ex Bentleyi sententia initialis fuit inter annos 693 et 451 ante Chr. n. Quod si verum esset, istud tempus loco isto Bhagavadgîtae indicatum esse videri posset.)

मेरु m. Bh. G. X, 23. mons altissimus, in medio orbis terrarum situs, calici nymphaeae similis, quam quae circumdant folia, eis insulae comparantur septem, in quas dividunt Indi orbem terrarum. Sedes est multorum deorum. (Plura invenies in lexico s. v. मेरु, *Vishnup.* p. 167. et *M. Bh.* III, 163, v. 11852 seqq. VI, 2, v. 204 seqq. Etymon haud liquet. Fundamentum, cui superstructa est Iudorum notio de monte orbis terrarum altissimo et centrali, montes sunt

altissimi, quos hodie nomine Sinico Tsunling dicimus; qua de re longius foret h. l. disserere.)

यक्ष m. genus semideorum, qui filii sunt Pulastyae et Pulahae progenitorum et famuli Cuvêri, divitiarum dei, cuius thesauros custodiunt. Bh. G. X, 23. XI, 22. XVII, 4. (*M. Bh.* I, 66, 2572. Paullo aliter *Vishnup.* p. 150. यक्ष् cl. 10. venerari.)

यजुस् n. secundus Vêdorum. Bh. G. IX, 17. (यज् sacrificare; pars enim eius prior maximam partem ad sacrificia varii generis spectat. Cf. Colebrooke *Ess.* I. 55.)

यम m. deus inferûm, iudex mortuorum et distributor praemiorum et poenarum, ergo iustitiae deus; praeses plagae meridionalis. Bh. G. X, 29. XI, 39. (Filius Vivasvatis, frater Manûs. cf. *M. Bh.* I, 75, 3137. *Vishnup.* p. 153. p. 266. p. 207. A यम् domare, quia poenarum metu malos restringit. Vid. *Nali* episod. IV, 10.)

यादव m. cognomen Krishnae. Bh. G. XI, 41. (Patronymicum a यदु, qui progenitor fuit familiae, in qua natus est Krishnas. Vid. *Vishnup.* p. 416. 418.)

युधामन्यु m. heros, socius Panduidarum. Bh. G. I, 6. (युधा, instr. a युध् pugna, et मन्यु, ira; qui pugna irascitur.)

युधिष्ठिर m. Pânduidarum natu maximus, filius Dharmae sive Yamae, matre Kuntide, iustitia insignis, ideoque धर्मराज, rex iustus, dictus; princeps Pânduidarum et rex Indraprasthae. Bh. G. I, 16. (Vid. locc. s. v. v. Arjuna et Bhîma laudatt. युधि, locat. a युध् pugna, et स्थिर, constans.)

युयुधान m. heros, socius Panduidarum, filius Satyakae, unde Sâtyakis appellatur, a progenitore Çine etiam Çâinêyas; Çines nepos fuit Vrishn'is; pertinet itaque ad Yâdavos. Fuit inter duces copiarum in magno prœlio. Bh. G. I, 4. (Cf. *Vishnup.* p. 435. p. 424. *M. Bh.* I, 63, 2433. V, 150, 5111. et V, 156, 5324. ubi शिनिपुङ्गव dicitur. A युध् rad. pugnare; partic. est med. ad class. tertiam formatum.)

रक्षस् n. et aucta forma राक्षस m. gigas. Qui ita dicuntur, partim sunt famuli Cuveri, divitiarum dei et custodes thesaurorum eius, partim malevoli lares, qui homines pios infestant et sacrarum caeremoniarum ritus turbare moliuntur; alii denique sunt gigantes viribus portentosis praepollentes, deorum hostes. Bh. G. X, 23. XI, 36. XVII, 4. (Filii sunt Pulastyae progenitoris. *M. Bh.* I, 66, 2571. Aliter *Vishnup.* p. 150. A रक्ष् custodire; custodes divitiarum primum fuisse videntur.)

राजर्षि m. sapiens rex. Ita dicuntur reges vetusti, qui sanctitate et sapientia insignes fuisse tradebantur. Certus eorum numerus non est. Bh. G. IV, 2. IX, 33. (राजन् et ऋषि.)

राम m. nomen est quo appellantur duae Vishnûs manifestationes humanae in terra; qui Bh. G. X, 31. intelligi debet, est filius Daçarathae, regis Ayôdhyae sive potius Vishnus, qui ab eo rege semet gigni passus est, ut mundum a dominatione Râvanae liberaret. (cf. Râm. I, 14, 12. seqq. Septima est Vishnûs ἐπιφανεία. A रम्, delectare, delectari.)

रुद्र m. semideorum genus. Bh. G. X, 23. XI, 6. 22. (Sthânûs filii dicuntur *M. Bh.* I, 66, 2565. Sthân'us nomen est Çivae et pleraque Rudrorum nomina etiam Çivae sunt. Idem de ipso nomine रुद्र valet. Enumerantur *M. Bh.* l. l. et I, 123, 4825. Adde Wilsonis lex. s. v. रुद्र et *Vishnup.* p. 121. Magna est eorum variatio, in primis apud posteriores. Numero sunt XI. Qui Bh. G. X, 23. eorum princeps ponitur Çankaras, Çivas ni fallor est; nam Çankarae nomen ad nullum Rudrorum tralatum invenio et manifestationes Çivae quaedam inferiores sunt Rudrae in mythologia Purânica. Multum in his mutavit aetas posterior; initio enim spiritus vitales (प्राण) decem una cum animo (मनस्) Rudrorum nomine significatos esse docet locus Vrihadâran'yakae a Burnoufio *Yaçna* I. App. p. CLXXXVIII.

prolatus. Cum hoc cohaeret, quod Ventus sive potius Procella in hymno *Rigvêdi* CXIV. invocatur sub nomine Rudri, qui pater Marutum, Marutibusque sociatus ibi dicitur. Inter veteres hosce Rudros et Çivam magnum posterioris temporis deum quae intercedat notionis communio, res est satis obscura. A रुद् flere, lacrymare, derivatum est nomen.)

वरुण m. deus aquarum, praeses plagae occidentalis. Bh. G. X, 29. XI, 39. (A वृ, circumdare, pro वरण?)

वसु m. semideorum genus. Bh. G. X, 23. XI, 6. 22. (Octo numero sunt, eorumque nomina leguntur *M. Bh.* I, 66, 2581. et Wilsonis lex. s. v. rectius tamen loco priori, ubi *Ahas* ponitur loco Vishnûs et melius scribitur *Dharas, Pratyûshas* et *Prabhâsas* pro *Dhava, Prabhûsha* et *Prabhâva.* Avus eis est Manus Svâyambhuvas, patris nomen ex hoc versu eruere nequeo: पैतामहो मनुर्देवस्तस्य पुत्रः प्रजापतिः । तस्याष्टौ वसवः पुत्राः —. *Vishnup.* p. 119. 120. filii dicuntur Dharmae ex filia Daxae Vasu, at longe àliter *M. Bh.* v. 2584. sex eorum matres ponuntur, quae Daxae filiae et uxores Dharmae non sunt; earum enim nomina prorsus diversa sunt. Vid. v. 2577. Vasuum uxores et filii enumerantur ibid. v. 2583. seqq. Nomina Vasuum significant lunam, diem, diluculum (*Prabhâsa*), crepusculum (*Pratyûsha*), ignem, ventum, stellam poli (*Dhruva*); octavum धर quo sensu accipiendum sit, ignoro; alio sensu tamen explicantur quaedam a veteribus Indis, uti apparet ex loco *Vrihadâranyakae* a Burnoufio *Yaçna* I. 344. excitato, ubi different nomina haec: aër, sol, coelum, mansio lunaris, terra; cum *M. Bh.* consentit *Harivançae* locus ibid. p. 345. nisi in eo quod pro Dhara positum est आपः sive aqua. Nomina autem in Vrihadâranyaka non expressa esse apparet, sed interpretationes; quo posito,

consentiunt nomina praeter unum, quod utrum aqua sit an aliud quid, nescio. Certum est, ad lucem et ignem pertinere plerasque notiones, quae nominibus Vasuum significantur. Accedunt ventus sive aër, et aqua si recte ita legitur. Explicatur nomen Vrihad. l. l. per: एतेषु हीदं सर्वं वसुहितं। एते हीदं सर्वं वासयन्ते। quae verba reddere vellem: in his totus hic mundus substantiis praeditus est; hi (Vasues) enim totum hunc mundum habitatum faciunt. De वसुहितं dubito; per *dives factus* et वासयन्ते per *divitem faciunt* vertit Burnoufius. De Vasubus accuratiora nondum indagavi.)

वायु m. deus ventorum, praeses plagae inter occidentem et septentriones mediae. Bh. G. XI, 39. (वा, flare, aff. यु).

वार्ष्णेय m. cognomen Krishnae. Bh. G. I, 41. III, 36. (Patronymicum a वृष्णि, qui inter maiores eius recensetur. Vid. *Vishnup.* p. 418. वृष्णि arietem notat.)

वासव m. cognomen Indrae. Bh. G. X, 22. (Derivant a वसु nomine semideorum, quorum princeps tamen Agnis est; ab alia itaque vocabuli significatione repetendum videtur.)

वासुकि m. serpens, princeps serpentium qui सर्प appellantur, filius Kaçyapi ex Kadrû. Bh. G. X, 28. (cf. *M. Bh.* I, 66, 2549. *Vishnup.* p. 149. p. 153. Derivant a वसुक, cognomine Kaçyapi, quod nullibi praeterea repperi.)

वासुदेव m. nomen Krishnae et omnino Vishnûs. Bh. G. VII, 19. X, 37. XI, 50. XVIII, 74. (Patronymicum, siquidem pater वसुदेव est. *Vishnup.* p. 502. etc. Ludit etiam in hoc nomine poeta in *M. Bh.* V, 69, 2582.)

विकर्ण m. heros, frater Duryôdhanae. Bh. G. I, 8. (cf. s. v. Dhritarâshtra. A वि et कर्ण, auribus destitutus.)

वित्तेश m. Cuverus, deus divitiarum. Bh. G. X, 23. (Filius Viçravasis, nepos Pulastyae progenitoris, frater Râvanae gigantis; vid. *Râm.* I, 22, 17. matribus diversis; vid. *Vishnup.*

Purûravas, *Kuru*, *Madrava(?)*; alia notiones abstractas significant, ut *Kâma*, amor, *Satya*, veritas, *Dhriti*, constantia, *Vasu*, opes, denique *Kâla*, tempus. Omnium deorum nomine potius significari crediderim auctores familiarum, tutoresque; sacrificium quotidianum bis cis faciendum curat uxor. *Manu* III, 121. *Penates* fortasse dixeris.)

विष्णु m. 1) nomen dei Vishnûs vulgatum. Bh. G. XI, 24. 30. 2) princeps Adityorum. Bh. G. X, 21. (Derivatio a विश्, intrare, pervadere, quae sisti solet, melior est quam quae *M. Bh.* V, 69, 2562. promitur a वृहत्. Vera est a rad. वि, cl. 2. वेत्ति, tueri, aff. नु. cf. *Anthol. Sanscr.* s. v. वित्. Alia eiusdem verbi exempla sunt *Rigv.* I, 35, 9. वेत्ति, tuetur, non adit, ut volunt scholl. 48, 6. पदं न वेत्ति, sedem non tuetur Aurora i. e. excitat e sedibus; 77, 4. वेतु, *accipito* redditur, at valet *servato*.)

वृकोदर m. cognomen Bhîmae. Bh. G. I, 15. (वृक, lupus, उदर, venter; ob voracitatem, ut videtur.)

वृष्णि m. posteri Vrishnis, gentis nomen. Bh. G. X, 37. (Ductum nomen a Vrishne, filio Madhûs, gentis auctore. *Vishnup.* p. 418.)

वृहत्सामन् m. pars Sâmavêdi. Bh. G. X, 35. (वृहत् magnus, et सामन्, q. cf. Nescio quae pars significata sit.)

वृहस्पति m. stella Iovis. Bh. G. X, 24. (Filius Angirasis progenitoris. *M. Bh.* I, 66, 2569. deorum magister (गुरु). *Manu* XI, 119. 121. et antistes sacrorum. *M. Bh.* I, 75, 3188. Etymon ponitur वृहत् magnus et पति, dominus. At त् ita in स् transire nequit. Si comparatur nomen Indrae दिवस्पति, apparet वृहस् esse aut nomen generis neutrius in अस् aut quod magis placet genitivum vocabuli वृह्; स् simili modo ante प् conservatur in alio nomine Iovis वाचस्पति, dominus sermonis, atque huc pertinent exempla Vêdica: पयस्पात्रं, दिवस्परि, दिवस्पातु, रात्तस्पातु. Pânin. VIII, 3, 49—52.

quorum primum tantum compositum est, et vulgatum परस्पर. Quod promitur in lex. बृहतां पति, seriorum figmentum haud dubie est. बृह् aërem significasse suspicor.)

वेद m. nomen librorum sacrorum, quorum quatuor apud Indos exstant; antiquitus tres tantum fuisse videntur. Vid. Windischmanni *Çank.* p. 53. Etiam noster tres tantum memorat. IX, 17. Bh. G. II, 42. 45. 46. VII, 8. VIII, 11. X, 22. X, 42. XI, 48. 53. XV, 1. 15. XVII, 23. (विद् scire, scientia rerum divinarum.)

वेदान्त m. nomen scholae philosophicae. Bh. G. XV, 15. (वेद et अन्त, finis, doctrina quae finis et consummatio est Vêdorum. Cf. Colebrooke de Vêdânta. *Ess.* I. p. 325.

वैनतेय m. cognomen Garudae, avium principis, sive avis, qua vehitur Vishnus. Bh. G. X, 30. (Filius est Kaçyapae ex Vinata, filia Daxae. *M. Bh.* I, 65, 2548. cf. ibid. I, capp. 16—31.)

वैश्वानर m. cognomen Agnis sive Ignis. Bh. G. XV, 14. (Derivant ab anachoretae cuiusdam विश्वानर nomine; quod commentum est grammaticorum. Vetustum est Agnis cognomen, quo invocatur in Rigvedi hymnis 59 et 98. Explicandum est nomen: *aut* ad omnes homines pertinens *aut* omnes ducens, nimirum deos; नर् ducere saepius valet in Vêdis.)

व्यास m. sapiens vetustus, celeberrimus, qui totam fere Indorum litteraturam sacram in iustum ordinem redegisse, Bharateamque discipulum Vaîçampâyanam docuisse fertur. Bh. G. X, 13. 37. XVIII, 75. (Nomen integrum est Krishna Dvaîpâyana Vyâsa. Vid. *Zeitschrift für die Kunde des M.* I. p. 67. p, 75. A वि et अस्, disponere, διασκευή, διασκευαστής.)

शङ्कर m. nomen Çivae, et principis Rudrorum. q. v. cf. Bh. G. X, 23. (Idem valet nomen atque शिव, scilicet fortunatus, bonam fortunam afferens. शम् salus, fortuna, frequentis est

usus in *Rigv.* cf. I, 5, 7. 90, 9. etc. in primis huc facit locus 43, 6. शं नः कराति अर्वते सुगं मेषाय मेष्ये। नृभ्यो नारीभ्यो गवे॥ i. e. Rudras salutem impetrabilem nostro tribuat equo, arieti, ovi, viris, mulieribus, bovique.« Seiunxi iunctas litteras ad metrum et कराति pro करति scripsi ob sensum et metrum.)

शिखण्डिन् m. heros, socius Panduidarum, dux copiarum. Bh. G. I, 17. (Filia fuit Drupadae, posthac a Yaxa quodam in puerum mutata. *M. Bh.* I, 63, 2453. V, cap. 189 seqq. V, 150, 5100. A शिखण्ड, cincinnus, quales iuvenes ordinis militaris gestabant. cf. Wilsonis lex. s. v. शिखण्ड et काकपक्ष.)

शैब्य m. rex Çibium, socius Panduidarum. Bh. G. I, 5. (A शिबि, nomine progenitoris et populi, Graecis Sibarum nomine dicti. *Vishnup.* p. 444. *Zeitschrift f. d. K. d. M.* III, 193.)

श्री f. (nom. श्रीः). Nomen uxoris Vishnûs, vulgo Laxmî dictae. At Bh. G. X, 34. XVIII, 78. appellativum est, fortunam secundam notans, et venustatem. (Femininum est voculae श्र, cuius neutrum श्रत्. Vid. Schlegelii not. ad Bh. G. IV, 40. Luculentis exemplis res nunc confirmari potest: Rigv. I, 103, 5. श्रदिन्द्रस्य धत्तन वीर्याय। »fidem habete Indrae virtuti.« 104, 7. श्रत् ते अस्मा अधायि। »fides tibimet ipsi habita est.)

संजय m. filius Gavalganae, hinc Gâvalganis, narrator rerum gestarum coram rege caeco Dhritarâshtra. Bh. G. I, 1. 2. 24. 47. II, 1. 9. XI, 9. 35. 50. XVIII, 74. (Sanjayae a Vyâsa concessum erat, interno oculo omnia quae in magno proelio gerebantur, conspicere, ut vetusto et caeco regi Dhritarâshtrae ea referret. *M Bh.* I, 60, 2426. VI, 2, 43. *Sûta* genere fuit Sanjayas i. e. auriga et rhapsodus; de qua appellatione legi debet luculenta Burnoufii dissertatio in praef. ad *Bhâgav. Pur.* p. XXV—XXXI. संजय, victoria; caussam nominis iguoro.)

सव्यसाचिन् m. cognomen Arjunae. Bh. G. XI, 33. (Ita dictus quia etiam sinistra manu arcum tendere potuit. cf. *M. Bh.* V, 44, 1386: उभौ मे दक्षिणौ पाणी गाण्डीवस्य विकर्षणे । तेन देवमनुष्येषु सव्यसाचीति मां विदुः ॥ A सव्य, laevus, et साचिन्, nomen inusitatum, curvans, a rad. सच् coniungi, sociari. Vid. Westergaardii rad. p. 104. cf. साचि, adv. curve, et सचि f. coniunctio, ap. Wils. s. v. v. सच् itaque valet curvando iungere fines rei cuiusdam, quod fit in arcu tendendo.)

सहदेव m. quintus Pânduidarum, natu minimus, omnium pulcerrimus, matre Mâdrî, patre Dasra, Açvine iuniori. Bh. G. I, 16. (Cf. s. v. नकुल. A सह, simul et देव, *deus;* deo consociatus; num deo similis?)

सागर m. oceani deus, diversus a Varuna deo aquarum. Bh. G. X, 24. (Origo nominis obscura est; derivant Indi a Sagara rege Ayôdhyae, addita fabula, quae legitur *Râm.* I, 40. seqq. *Vishnup.* p. 379.)

सांख्य m. 1) ratiocinatio. 2) schola philosophica ita dicta. Bh. G. II, 39. V, 4. 5. XVIII, 13. — m. f. n. ad hanc doctrinam pertinens. Bh. G. III, 3. XIII, 24. (Adiect. a संख्या (सं + ख्या), computatîo, ratiocinatio.)

सात्यकि m. heros, filius Satyakae, assecla Krishnae, alias Yuyudhânas. q. v. cf. Bh. G. I, 17.

साध्य m. cf. सिद्ध. Bh. G. XI, 22.

सामन् n. Tertius Vêdus ita dictus, cui sanctitas maxima attribuitur. Bh. G. IX, 17. X, 22. 35. (cf. Colebr. *Ess.* I, 79. Derivant grammatici a सो, delere, peccata studio eius atque recitatione deleri asserentes. Colebr. l. l. Quod prorsus falsum est. सामन् significat modulationem vocis, quae tum in canendo, tum in recitando obtinet; postremum in titulo Sâmavêdi explicando tenendum est; is enim non canitur, sed recitatur. cf. Colebr. l. l. p. 21. Exempla multa afferre possim, paucis satisfaciam. *M. Bh.* III, 43, 1782. Vol.

I. p. 472. तत्र स्म गाथा गायन्ति साम्ना परमवल्गुना । गन्धर्वास्तुम्बुरुश्रेष्ठाः कुशला गीतसामसु ॥ »canunt modulatione longe dulcissima Gandharbi, modulationum cantus periti.« ibid. I. 70, 2881. शोभितं । मधुरैः सामगीतैश्च ऋषिभिः । a sapientibus ornatum dulcibus modulatis cantilenis. *Rigvêd.* I, 107, 2. अङ्गिरसां सामभिः स्तूयमानाः । »Angirasidarum cantilenis laudati.« Rosen. Significationes appellativi quae ponuntur a Wilsone sunt: 1) actio tranquillandi. 2) propitiatio. 3) comitas sermonis; quarum nulla a सो duci potest; fugit me etymon.)

सिद्ध m. Ita dicitur ordo semideorum, qui inter solem terramque agere creduntur. Bh. G. X, 26. XI, 21. 22. 36. (Filii sunt Atris progenitoris, omnes perfecti (सिद्ध), Vêdorum gnari, animis tranquillis, magni sapientes. *M. Bh.* I, 66, 2570. Degunt in ea aëris parte, quae deorum via vocatur et inter Nâgavîthim sive signa Arietis et Tauri, et septem Sapientes sive Ursam maiorem sita est; prorsus sancti sunt, casti, pii, immortales usque ad finem magni cycli sive Kalpae, ab amore et odio, ab affectibus et desiderio progenici liberi. *Vishnup.* p. 227. Hinc apparet eos non esse, quae ceteroquin facilis foret coniectura, homines sive hominum Manes, qui post vitam sancte peractam illuc evecti sint, sed perfectos fuisse inde a creatione. Magnus eorum numerus sistitur *Vishnup.* l. l. LXXXVIII millium Saepissime cum ceteris diis minorum gentium laudantur, nomen nullius praeter Kapilam, qui Bh. G. X, 26. eis annumeratur indagare mihi contigit. Ad montem Himâlayam eos refert Kâlidâsas. *Kumâr. Sambh.* I, 6. Ad quem locum qui eis octo Sânkhyicae doctrinae perfectiones sive सिद्धीः attribuit scholiastes Mallinâthas p. 112., vereor, ne iudicio falsus sit; eis enim, etiamsi tenerent, uti non possent Siddhae.

Simile deorum genus ob similitudinem nominis di-

xeris *Sâdhyos*; सिद्ध enim quum perfectum notet, साध्य perficiendum, probabile videretur, altiorem priori, posteriori inferiorem ordinem eorundem deorum significari. Res tamen aliter se habet. Sâdhyorum numerus longe minor est et duodenarius; filii Dharmae dicuntur ex matre Sâdhya, filia Daxae; Dharmas et lex est et iustitia; intellige legem, quae ritus sacros definit; singula enim Sâdhyarum nomina ritus sacros preeesque significant. *Vishnup.* p. 120. Diversitas tamen est quaedam et numeri et nominum. Vid. l. l. not. Inter Dharmae filios *M. Bh.* I, 66, 2595. frustra Sâdhyos quaeres, atque inventa mihi a serioribus esse videtur genealogia supra exhibita, ficta sane est e nomine filiorum mater. Ipsi Sâdhyi satis vetusti sunt; laudantur enim *Manu* III, 195.)

सुघोष m. nomen conchae Nakulae. Bh. G. I, 16. (सु, bene, et घोष, sonus.)

सुरेन्द्र m. deorum princeps sive Indras. vid. seq. (सुर, deus et इन्द्र, princeps. cf. s. v. इन्द्र.)

सुरेन्द्रलोक m. mundus Indrae, alias Svarga dictus. Bh. G. IX, 20. (Ab antec. et लोक, mundus.)

सूतपुत्र m. cognomen Karnae. Bh. G. XI, 26. (सूत, auriga, quorum ordo inferioris est gradus, et पुत्र, filius. cf. s. v. कर्ण.)

सौभद्र m. filius Arjunae ex Subhadrâ, sorore Krishnae, alias *Abhimanyus* dictus. Bh. I, 6. 18. (cf. *M. Bh.* I, 63, 2449. I, 95, 3830. et in primis I, capp. 219—221.)

सौमदत्ति m. heros, socius Kuruidarum. Bh. G. I, 8. (Patronymicum a सोमदत्त, cuius nominis rex Bahîkorum memoratur. Vid. *Vishnup.* p. 459. cf. *M. Bh.* VI, 51, 2108—10.)

स्कन्द m. deus belli apud Indos, alias *Cumârus* et *Cârtikêyus* dictus, filius Çivae. Bh. G. X, 24. (cf. *Râm.* I, capp. 38 et 39. *M. Bh.* III, capp. 222 seqq. et Kâlidâsae carmen *Kumâra Sambhava* a Stenzlero editum. Agnis filius nomi-

natur. *M. Bh.* I, 66, 2587. Quod ex fabula de eius generatione explicandum est. Vid. locc. laud. स्कद् incedere; itaque ab incessu.)

हरि m. nomen Vishnûs. Bh. G. XI, 9 XVIII, 77. (Hoc sensu derivant ab हृ, capere, qui animos hominum capit; quod haud magnopere arridet. Appellativum हरि multas habet significationes.)

हिमालय m. nomen montis Indici celeberrimi. Bh. G. X, 25. (हिम, nix, आलय, domicilium.)

हृषीकेश m. cognomen Krishnae. Bh. G. I, 15. 21. 24. II, 9. 10. XI, 36. XVIII, 1. (हृष् de capillis erectis primario sensu usurpatur, केश caesaries est; valet itaque erectis capillis. Simile cognomen केशव est, q. cf. Forma हृषी inusitata est; fortasse posita pro हृषि, ut कृषि a कृष्, producta, ut saepe fit, ultima vocali in compositione. Grammatici ducunt a हृषीक, sensus, et ईश, dominus; exemplis tamen prius vocabulum confirmare obliti sunt. Haud melius *M. Bh.* V, 69, 2563. हर्षात् सुखात् सुखैश्वर्याद् हृषीकेशत्वमश्नुते ॥)

EMENDANDA ET ADDENDA.

IN TEXTU.

P. 30, l. 10. Pro व्यपश्रयः lege व्यापाश्रयः
» 64, » 3. » चेतसां » मेधसां. cf. Add.
» 73, » 7. » अवस्तभ्य » अवष्टभ्य et ita emendandum est pp. 206. 207. 208.
P. 80, l. 12. Pro उययान्ति lege उपयान्ति
» » » 14. » ignobilisas — ignobilitas
» 82, » 5. inf. tibi — tibi
» 89, » 7. » दीप्तं — देवं. cf. Annot.
» 123, » 2. » चोषधीः — चौषधीः
» 126, » 11. » अवस्तभ्य — अवष्टभ्य
» 131, » 9. » विवर्द्धनाः — विवर्धनाः
» 133, » 2. » अभ्यासनं — अभ्यसनं
» 134, » ·15. » repectu — respectu
» 144, » 3. » वापिज्यं — वाणिज्यं. Repetendum enim est वणिज् a पण्, negotiari.
P. 149, l. 4. Pro प्रपाष्टस्ते lege प्रनष्टस्ते

IN ANNOTATIONIBUS.

P. 154, 4. inf. Precationes et meditationem in multis codd. et ed. Calc. carmini praemissas, quas summo iure e textu

expulit Schlegelius, equidem h. l. iterare constitui eam potissimum ob caussam, quod quum paucissimis tantum V. V. D. D. in promptu iamdudum sit editio Calcuttensis, eis haud ingratum fore sperarem, ut omnia ea, quae praebet illa, in hac reperirent.

Ed. Calc. fol. 1. श्रीगणेशाय नमः॥ ॐ॥ अस्य श्रीभगवद्गीतामालामन्त्रस्य भगवान् वेदव्यास ऋषिरनुष्टुप् छन्दः श्रीकृष्णः परमात्मा देवता॥

अशोच्यान°- भाषसे। (II, 11, a. b.)। इति बीजं॥ सर्वधर्मान्- व्रज। (XVIII, 66, a. b.)। इति शक्तिः॥ अहं त्वां- मा शुचः। (XVIII, 66, c. d.)। इति कीलकं॥

श्रीकृष्णप्रीत्यर्थे जपे विनियोगः॥ नैनं छिन्दन्ति- पावकः। (II, 23, a. b.)। इत्यङ्गुष्ठाभ्यां नमः॥ न चैनं- मारुतः। (II, 23, c. d.)। इति तर्जनीभ्यां नमः॥ अच्छेद्यो ऽयम°- एव च। (II, 24, a. b.)। इति मध्यमाभ्यां नमः॥ नित्यः- सनातनः। (II, 24, c. d.)। इति नामिकाभ्यां नमः॥ पश्य- सहस्रशः। (XI, 5, a. b)। इति कनिष्ठिकाभ्यां नमः॥ fol. 1. vso. नाना- वर्णाकृतानि च। (XI, 5, c. d.)। इति करतलकरपृष्ठाभ्यां नमः॥ नैनं छिन्दन्ति- पावकः। इति हृदयाय नमः॥ न चैनं -मारुतः। इति शिरसे स्वाहा॥ अच्छेद्यो ऽयम°- एव च। इति शिखायै वषट्॥ नित्यः -सनातनः। इति कवचाय हुं॥ पश्य- सहस्रशः। इति नेत्राभ्यां वौषट्॥ नाना- वर्णाकृतानि च। इत्यस्त्राय फट्॥ इति न्यासः॥

अथ ध्यानं॥

पार्थाय प्रतिबोधितां भगवता नारायणेन स्वयं
व्यासेन ग्रथितां पुराणमुनिना मध्ये महाभारते।
अद्वैतामृतवर्षिणीं भगवतीमष्टादशाध्यायिनीम्
अम्ब त्वां मनसा fol. 2. दधामि भगव(त) द्गीते भवद्वेषिणीं॥१॥
नमो ऽस्तु ते व्यास विशालबुद्धे फुल्लारविन्दायतपत्रनेत्र।
येन त्वया भारततैलपूर्णः प्रज्वालितो ज्ञानमयः प्रदीपः॥२॥
प्रपन्नपारिजाताय तोत्रवेत्रैकपाणये।
ज्ञानमुद्राय कृष्णाय गीतामृतदुहे नमः॥३॥
सर्वोपनिषदो गावो दोग्धा गोपालनन्दनः।
पार्थो वत्सः सुधीर्भोक्ता दुग्धं गीतामृतं महत्॥४॥
वसुदेवसुतं देवं कंसचाणूरमर्दनं।
देवकीपरमानन्दं कृष्णं वन्दे जगद्गुरुं॥५॥

भीष्मद्रोणतटा जयद्रथजला गान्धारनीलोत्पला
शल्यग्राहवती कृपेण वहिनी कर्णेन वेलाकुला ।
अश्वत्थामविकर्णघोरमकरा दुर्योधनावर्तिनी
सोत्तीर्णा खलु पाण्डवार्णवनदी कैवर्तकः केशवः ॥ ६ ॥

fol. 2. vso. पाराशर्यवचःसरोजममलं गीतार्थगन्धोत्कटं
नानाख्यानककेसरं हरिकथासंबोधनाबोधितं ।
लोके सज्जनषट्पदैरहरहः पेपीयमानं मुदा
भूयाद्भारतपङ्कजं कलिमलप्रध्वंसिनः श्रेयसे ॥ ७ ॥

मूकं करोति वाचालं पङ्गुं लङ्घयते गिरिं ।
यत्कृपा तमहं वन्दे परमानन्दमाधवं ॥ ८ ॥

यं ब्रह्मा वरुणेन्द्ररुद्रमरुतः स्तुन्वन्ति दिव्यैः पदै
र्वेदैः साङ्गपदक्रमोपनिषदैर्गायन्ति यं सामगाः ।
ध्यानावस्थिततद्गतेन मनसा पश्यन्ति यं योगिनो
यस्यान्तं न विदुः सुरासुरगणा देवाय तस्मै नमः ॥ ९ ॥

Duo loci multum inter se diversi continentur hoc prooemio; alter, qui ध्यानं, i. e. meditatio inscribitur, pessimis versibus constat, quibus insipidius quid vel puerilius Sanscritice scriptum legere me vix memini. Prior incantamentum, मालामन्त्र, praebet, quod haud dubie in cultu Vishnûs usurpatum fuit et probabiliter adhuc in usu est; a poeta nostro non profectum esse prorsus recte censuit Schlegelius, seriorisque aevi haud dubie commentum est. Praeter singula Krishnae membra, uti observavit Schlegelius, etiam lorica eius (कवच) et arma (अस्त्र) invocantur versibus ex Bh. G. laudatis. Hisce precationum formulis praemissa sunt nomina trium Bhagavadgitae versuum; de primo, बीज, in praefatione dixi; secundum, शक्ति, et potestatem, facultatem notat et hastam, tertium, कीलक, pilam et cuneum. Priori sensu accipiendum esse शक्ति, probabilius mihi esse videtur, quia versu, qui ita nominatur, docetur, omnes alias religiones deseri oportere unicumque refugium esse Krishnam; summa itaque vis ei attribuitur. Quo sensu dictum sit कीलक, minus mihi liquet;

translatio forsitan est eadem atque ea quae in Latino *columine* cernitur.

In verbis, a quibus incipit incantamentum, animadvertenda est imitatio rationis, quam in concinnandis Vedicorum hymnorum indicibus, *Anukramaní* dictis, secuti sunt vetusti librorum sacrorum diasceuastae. Declarantur enim nomen poetae, metri genus et deus, qui invocatur. Quae res tamen minime vetat, quo minus carmen hoc recentiorum temporum additamentum esse credamus.

P. 156, l. 16. ad I, 8, d. Ed. *Mahábh. Calc.* सौमदत्तिर्जयद्रथः । Tertiae scripturae mentionem facit *Madhusúdanus* hisce verbis: जयद्रथः सिन्धुराजः तथैव चेति क्वचित् पाठः । in quibus सिन्धुराजः abundat.

— ad I, 11, a. अयनेषु तु ed. *Mah. Calc.* et *Madh.* in textu et scholiis. Minus recte.

P. 160, l. 18. ad I, 37, b. स्वबान्धवान् ed. *Mah. Calc.* et *Madhus.* in textu, in scholiis non explicat. Male. Ad क्षेमतरं, 46, d. annotat idem: प्रियतरं । इति पाठे ऽपि स एवार्थः । at nil nisi interpretamentum vulgatae est.

P. 164, l. 2. infr. ad II, 19. 20. Haec nonnullis mutatis iterata sunt ex *Káth. Up.* II, p. 104. ed. Pol. alt.

P. 178, l. 19. ad III, 12, c. अप्रदाय । Sic etiam in textu et scholl. *Madhus.* न प्रदाय ed. *Mah. Calc.*

P. 179, l. 4. infr. et p. 180, l. 2. Hae sententiae exscriptae sunt e *Brih. Âranj.* I, 4, 10. ed. Pol. p. 13.

P. 180, l. 24, ad III, 23, a. वर्तेय । Sic in edit. 2da. Schlegelius, ni fallor, ex coniectura; in ed. 1ma. वर्तेयं cum ed. *Calc.*, quam lectionem tuetur praeterea uterque scholiastes, ed. *Mah. Calc.* et codd. Londin., quos evolvi. Cf. annot. ad XV, 4.

P. 182, l. 22. Pro 11. c. lege 41. c.

P. 183, l. 11. Pro प्राप्नुं lege प्राप्तुं.

P. 186, l. 2. infr. ad IV, 17. a. b. c. तत्त्वं subaudiunt etiam scholiastae.

P. 188, l. 3. infr. ad IV, 30, d. क्षपित pro क्षयित ed. *Mah. Calc.* et uterque schol. Utraque forma legitima est.

P. 197, l. 3. Pro परमात्मा: lege परमात्मा

» » » 7. ad VI, 9, d. विमुच्यते । इति वा पाठः । *Madh.* Praestat vulgata.

P. 198, l. 7. ad VI, 43, b. *Madhus.* in textu et scholl. et ed. *Mah. Calc.* पौर्वदेहिकं. Utramque formam bene se habere probatur auctoritate *Amara Sinhae*, qui II, 7, 30. et और्ध्वदेहिक et और्ध्वदैहिक promit. Alia geminae huius formationis exempla praebet *Pânines* VII, 3, 25.

P. 200, l. 3. ad VIII, 17, b. Adde haec: Apparet ex hoc loco, अहर् esse generis neutrius, de qua re si quis dubitaret, eius dubitationem nube exemplorum obruere possem; omnium aliorum instar sint haec, quae in loco, praesidiis cuiusquemodi ab omni corruptelae suspicione tutissimo in promptu sunt. Evolve sis primam *Manûs* codicis lectionem, ubi haec invenies exempla: 65, d. चेष्टायै कर्मणामहः । 66, a. पित्र्ये रात्र्यहनी मासः । 66, c. कर्मचेष्टास्वहः कृष्णः । 67, c. अहस्तत्रोदगयनं । 72, a. ब्राह्ममेकमहर्ज्ञेयं । 73, a. b. तद्वै युगसहस्रान्तं ब्राह्मं पुण्यमहर्विदुः । Certissima est res et supervacuum habuissem de ea monere, nisi metuissem, ne minus periti in errorem raperentur gravissima Viri cl. Boppii auctoritate, qui in omnibus grammaticae suae editionibus docet, अहन् sive अहस् esse masculinum et ad normam masculini id inflectit, अहानं, अहानौ, अहानः etc. Immo in novissima praestantissimi operis editione, qua id haud uno titulo emendatius in lucem protulit, §. 195. hoc mendum perinde atque in altera glossarii editione intactum reliquit. Huius falsae opinionis assecla esse non aeque videri potest clar. Wilso, qui in utraque lexici editione *M.* litteram verbo अहन् quidem apposuit, at in grammatica sua, §. 113. p. 63. recte

neutrum dixit et accurate atque ample de eo disseruit; in ipso lexico exstat अहः et nil aliud est M. quam mendum typographicum. In neutro una voce conclamant ceteri grammatici tum Europaei, tum Indici. Vid. COLEBROOKII *grammat.* p. 82. WILKINSII §. 108. p. 78. BOETHLINGKII dissert. *de declinatione Sanscr.* §. 73. p. 64. YATES suo loco omisit, CAREYI liber mihi ad manus non est, at haud dubie idem docet, quia is, ex quo omnia sua traxit, VÔPADÊVAS cum ceteris consentit. Solus FORSTERUS, *grammat.* p. 408. tribus generibus declinat, non monito lectore, nisi compositum sit, neutrius generis tantum esse. Ad testes Indicos quod attinet, instar omnium AMARA SINHAS अहन् neutri generi diserte vindicat et nequaquam audiendus est novissimus editor Francogallicus, qui temere masculinum posuit; talis erroris reum suspicari COLEBROOKIUM nemini in mentem facile veniet. Vid. *Amara Kocha ou Vocabulaire d'Amara Sinha, publié par* A. LOISELEUR DES LONGCHAMPS. Paris. 1839. Tome I, p. 22. Tome II. 1845. p. 27. COLEBROOKE, *Cosha or dictionary of the Sanscrit language by* AMERA SINHA p. 20. Verba lexicographi prorsus clara sunt, I, 1, 3, 2. घस्रो दिनाहनी वा तु क्लीबे दिवसवासरौ। Verba वा तु ad sequentia pertinent et declinationis forma significatur दिन et अहन् solius neutrius generis esse, घस्र masculini; वा indicat, दिवस et वासर et masculino et neutro usurpari. Neque aliter censent grammatici. Cf. *Pânines* VIII, 2, 69. *Vôpadêvas* p. 57. ed. 1825. et ceteri. In genus masculinum transit अहन् in quibusdam compositis, ut सर्वाह्ण, पूर्वाह्ण, प्राह्ण, अपराह्ण, मध्याह्न, quae ad primam declinationem pertinent; de declinatione adiectivorum cum अहन् compositorum cf. *Pânines,* VI, 3, 110. V, 4, 88. 91. COLEBROOKE, WILSO, BOETHLINGKIUS, l. l. l. l.

P. 200, l. 7. infr. VII, 23, b. मेधसां scriptura est etiam ed. *Bh. G. Calc.* neque ex codd. Paris. enotati quid ad hunc

locum in schedis Schlegelianis reperio. De veritate scripturae चेतसां nequaquam sollicitus codd. Londin. evolvere omisi; at minime dubito, quin omnium librorum scriptura sit मेधसां et errore typographico in editionem priorem irrepserit चेतसां. Originem erroris probabilem indagasse in eo mihi videor, quod Schlegelius prioris editionis non tantum editor, sed ex maxima parte etiam typotheta fuit; lapsu itaque memoriae commutasse cum inter se vocabula similis significationis satis verisimile est.

P. 202, l. 1 seqq. Verba Upanishadis, quae a scholiastis ad hunc locum laudantur, desumpta sunt ex *Brih. Âr.* III, 8, 8. 9. p. 47. 48. ed. Poley.; apparet nunc, non integrum in medium prolatum esse locum, sed initia tantum sententiarum. Quum facilis aditu nunc sit Upanishad illa, sufficiat h. l. addere, l. 2. वा non esse mutandum in वै, neque अस्ति in असि; pro द्रष्टा vera scriptura est द्रष्टृ et एतस्मिन्नु pro एतन्नु. *Gârgî* mulier est docta; cf. Colebrookii, *Misc. Ess.* I, p. 70.

— l. 24. Verba आत्मैव etc. initium sunt cap. IV, lect. 1. *Brih. Âr.* ed. Pol. p. 10.

P. 209, l. 7. delendum est incisum post *delere*.

P. 214, l. 17. ad X, 31, c. Figura *Makarae*, qualem informarunt Indi, definiri quodammodo potest ex descriptione acici, ad instar huius bestiae **instructae**. Vid. ***Mahâbh.*** VI, 75, 3280. seqq. Vol. II, p. 445. Praeter faciem (तुण्ड), caput, oculos, cervicem, dorsum, latera memorantur pedes et cauda.

P. 218, l. ult. ad XI, 2, a. Operae pretium erit, ex *Bharatea* alia nonnulla exempla vocabuli अप्यय in medium proferre. I, 65, 2517. Vol. I, p. 92. हन्त ते कथयिष्यामि- लोकानां प्रभवाप्ययं। V, 69, 2569. II, p. 185. असतश्च सतश्चैव सर्वस्य प्रभवाप्ययात्। सर्वस्य च सदा ज्ञानात्सर्वमेतं प्रचक्षते॥ XII, 25, 747. Vol. III, p. 392. स्वभावतस्तु नियतौ भूतानां प्रभवाप्ययौ॥ XII, 15, 1822. III, p. 429.

-प्राणिनां प्रभवाप्ययौ । उपदेष्टुं भवान् शक्तो देवानामपि भारत ॥ XII, 51, 1845. III, p. 430. नमस्ते भगवन्कृष्ण लोकानां प्रभवाप्यय ॥

P. 220, l. 8. Pro विश्विे lege विश्वे.

» 222, » 7. » 35, c. » *35, c.

» 225, » 12. ad XI, 37, *d.* Adde haec: Locum huius similem et dignum, qui cum eo conferatur, praebet exordium *Bharateae*, v. 23.

सौतिरुवाच ॥

आद्यं पुरुषमीशानं पुरुहूतं पुरुष्टुतं ।
ऋतमेकाक्षरं ब्रह्म व्यक्ताव्यक्तं सनातनं ॥ २२ ॥
असच्च सदसच्चैव यद्विश्वं सदसत्परं ।
परावराणां स्रष्टारं पुराणं परमव्ययं ॥ २३ ॥
मङ्गल्यं मङ्गलं विष्णुं वरेण्यमनघं शुचिं ।
नमस्कृत्य etc. ॥

Hoc loco vix aliter explicari potest सदसत्परं atque ita, ut compositi more construatur cum विश्वं; quo exemplo tamen non tollitur dubitatio de composito तत्पर.

P. 233, l. 6. infr. ad XIV, 2, a. उपाश्रित्य। *Madhus.* in textu et scholl. अपाश्रित्य, quod enarrat per अनुष्ठाय; eodem vocabulo vulgatam interpretatur *Çrídharus.* Praestat vulgata.

P. 240, l. 11. ad XV, 4, c. Adde haec: Verba तमेव चाद्यं पुरुषं प्रपद्ये Latine convertit Schlegelius: *ad hunc primigenium Genium ego deduco,* at dubito, an recte; nam प्रपद्ये activa significatione caret et scholiastarum prior enarrat per शरणं व्रजामि, alter per शरणं गतो ऽस्मि. Ac omnibus sane Bh. G. locis प्रपद् significat ad deum se convertere; II, 7. IV, 11. VII, 14. 15. 19. Krishnas de semet ipso utitur; unico qui praeterea exstat loco VII, 20. de eis, qui ad alia numina se convertunt, प्रपद्यन्ते अन्यदेवताः. Haud sine idonea quadam ratione relictam fuisse a Schlegelio vulgatam et notissimam huius verbi notationem, nemo dubitabit; fuit ea haud dubie haec, quod non consentaneum censeret, dici a Krishna, ad primige-

nium Genium semet convertere, quippe a quo ipse non diversus sit. Quae consideratio tam iusta est, ut mirer scholiastas, quod nil difficultatis in istis verbis invenerint. Quum certa sit scriptura, tentanda est explicatio conservata solita verbi प्रपद् significatione. Quod efficere mihi videor, si verba ita intelligam, ut dicta sint non ipsius Krishnae persona, sed ad partes hominum. Ad quam sententiam me deducit tenor totius loci. Transit enim oratio a descriptione ficus illius mirificae, mundi imaginis, ad exhortandum, ut, excisa illa ense aequanimitatis, anquiratur sedes illa, cuius qui potiti sunt non amplius revertantur. Talis progressus ad sedem summam est hominum, non Krishnae, cuius id domicilium summum et sempiternum est, ut mox dist. 6. et multis aliis locis docetur. Verbo प्रपद्ये itaque de se utitur tanquam particeps conditionis humanae; quod quo sensu dictum sit, reliqua huius lectionis parte exponitur.

P. 244, l. 1. Lege: कर्म *opus notat, ad eius continuationem* etc.

P. 248, l. 2. infr. Rescribe: a ÇRÎDHARO ET MADHUSÛDANO.

P. 250, l. 5. infr. ad XVIII, 47. a. b. Prior versus iam legitur III, 35, a. b.

P. 252, l. 10. ad XVIII, 75, b. Simplicior ratio esse videtur, si coniungitur योगं cum कथयतः, ita ut sensus sit, audivi istud mysterium summum ab ipso Krishna devotionis principe devotionem coram enarranti.

IN INDICE NOMINUM PROPRIORUM.

P. 260, l. 1. *Bhrigus,* qui in *Vishnu-Pur.* pater dicitur Usanasis, avus est et pater Kavis, uti apparet ex loc. *Mahâbh.*

P. 264, l. 8. Pro *pater* lege *frater* et adde haec: Ex

Mahâbh. I, 130, 5071. seqq. patet, Kripam et Kripida liberos esse Çâradvatis Gotamidae, inter quem et Kripam Çatânandas et Satjadhritis interponuntur in *Vishnu-P.* l. l.

— l. 17. Pro कशव lege केशव.

— » 24. » कोन्तेय — कौन्तेय.

P. 278, l. ult. et p. 279, l. 26. Locus *Brihad-Âranjakae*, qui de Rudris et Vasubus tractat, legitur capite IXno. lect. IIItiae. Vid. ed. Poleyi p. 49.

P. 283, l. 22. Pro *ducere* lege *dux*.

» 286, » 9. सामन् cognatum haud dubie est cum सम, similis, aequalis; significatione *aequalitatis* legitur in *Brih. Âranj.* I, 6, 1. 2. 3. ex. c. एतदेषां साम। एतद्धि सर्वैर्नामभिः समं।

P. 287, l. 7. infr. Nomen Saumadattis proprium a scholiastis traditur *Bhûriçravas*, qui etiam in *Vishnu-P.* p. 459. filius Sômadattae dicitur. Dux copiarum unus fuit, *Mahâbh.* V, 154, 5275.

IN PRAEFATIONE.

P. XXXII, l. 21 Pro *scholiasticis* lege *scholasticis*.

BONNAE, TYPIS CAROLI GEORGII.

Ankündigung.

Im Verlage des Unterzeichneten ist erschienen und durch alle Buchhandlungen zu beziehen:

Supplemente

zu

Friedrich von Schlegel's

sämmtlichen Werken.

In vier Theilen.

gr. 8. geheftet.

Preis aller vier Theile 2⅓ Thlr.

Diese Supplemente enthalten auf sieben und sechszig Druckbogen Friedrich Schlegel's nachgelassene Schriften, und zwar

Erstens, die in den Jahren 1836 und 1837 zuerst im Druck erschienenen Philosophischen Vorlesungen, gehalten zu Cöln in den Jahren 1804 bis 1806, zu deren von ihm beschlossenen und mehrfach angedeuteten Herausgabe Fr. Schlegel gleichwohl, wie bekannt, selbst nicht mehr gelangt ist. Wir verdanken dieselbe erst seinem nun ebenfalls verewigten, mit den näheren Intentionen des Verfassers in dieser Hinsicht vertrauten Freunde Windischmann, welcher von diesen Vorlesungen über „Logik, Kritik der philosophischen „Systeme, historische Charakteristik der Philoso„phie, dann Einleitung zum eigentlichen System „der Philosophie, welches sich in den Vorlesungen über „(höhere) Psychologie, Theorie der Natur, des „Menschen und der Gottheit, Moral, Naturrecht „und Politik entfaltet," unter Andern sagt: „Diese Vorle„sungen sind schon darum merkwürdig, weil sie beurkunden, „wie in jener für die Philosophie so wichtigen und kritischen „Epoche ein denkender Geist ganz im Stillen dem philosophi-

„schen Bestreben der Zeit eine heilsame Wendung abgewonnen „und einen sicheren Fortgang vorbereitet hat. Vortrag und „Styl ist im großartigen Sinn einfach und popular, Inhalt „und Entwicklung geist- und gedankenvoll, alles aus dem Lebensalter des vollkräftigen Mannes, der im Begriff steht, die „höchste Bildungsstufe zu betreten." (Vorrede.)

Zweitens, eine bedeutende Auswahl von Fragmenten vorzüglich philosophisch-theologischen Inhalts aus jeder Epoche seines Nachlasses (1795—1829), die meisten und ausführlichsten aber aus den Jahrgängen 1810—1829, wovon der Herausgeber sagt: „daß ihm die Auswahl wegen der zunehmenden „Wichtigkeit des Inhalts schwer geworden sei."

Diese Schriften sind daher, wie Alles, was wir von Friedr. Schlegel besitzen, ein so werthvolles Denkmal seines reichen und umfassenden Geistes, daß diese erneuerte wohlfeile Ausgabe derselben, sowohl als Ergänzung der Wiener „sämmtlichen Werke", welche diese Schriften nicht enthalten, wie auch einzeln, mit dem besondern Titel: „Friedr. Schlegel's Philosophische Vorlesungen und Fragmente", einer willkommenen Aufnahme gewiß sein darf.

Bonn, im Februar 1846.

Eduard Weber.

Einladung zur Subskripzion
auf
Joh. Monheim's Katechismus
vom Jahre 1560.

Johann Monheim, vom Jahre 1545 bis zu seinem Tode 1564 Rektor des Gymnasiums zu Düsseldorf in der Zeit der Regierung des Herzogs Wilhelm von Cleve, gab im Jahre 1560 in lateinischer Sprache einen Katechismus heraus, dessen Titel ist: Catechismus, in quo christianae religionis elementa syncere simpliciterque explicantur. Dusseldorpii 1560. Dieser handelt die christliche Lehre in eilf Dialogen zwischen einem Vater und seinem Sohne ab, und ist ganz im Sinne des evangelischen Bekenntnisses der deutschen und schweizerischen Reformatoren geschrieben. Im Allgemeinen neigt er mehr zur calvinischen Vorstellungsweise, namentlich was die Lehre von den Sakramenten betrifft; doch findet sich auch einiges der lutherischen Kirche Eigenthümliches. Der Katechismus ist nicht in der spätern scholastischen Form, ein herrlicher Geist evangelischer Erkenntniß und Glaubensfreudigkeit durchweht ihn, die Sprache ist edel und gebildet und erinnert an Melanchthon. Das Werk erscheint in kirchengeschichtlicher Beziehung um so bedeutender, als der zu Düsseldorf residirende Hof der römisch-katholischen Kirche zugethan war, obwohl Herzog Wilhelm die Bemühungen für eine allmälige Reformazion begünstigte. Monheim ist der erste gelehrte Schriftsteller des evangelischen Bekenntnisses in Jülich-Cleve-Berg. Von diesem „sehr merkwürdigen, selten gewordenen Buche" (so nennt es der sel. Berg in seinen von Troß herausgegebenen Vorlesungen über die Reformazionsgeschichte der Länder Jülich u. s. w. S. 166) theilt eben dieser Verfasser nur sparsame Auszüge mit, die jeden Leser begierig machen müssen, das Ganze kennen zu lernen. Der Unterzeichnete glaubt daher ein allen evangelischen Theologen, vorzüglich dieser Provinz, willkommenes Werk zu

unternehmen, indem er eine neue, genau nach dem Originaltext abgedruckte Ausgabe von Monheim's Katechismus hiermit ankündigt. Dieselbe wird mit einer kurzen literarischen und biografischen Vorrede versehen sein, um das, was uns von Monheim's Lebensumständen und übrigen Schriften, sowie von den Schicksalen seines Katechismus, bekannt ist, zusammenzustellen. Vertrauungsvoll lade ich alle Geistlichen und theologischen Schulmänner, namentlich dieser Provinz, ein, sich durch Subskripzion an der Beförderung dieses Werkes zu betheiligen, um so, in diesem wichtigen Wendepunkte der Zeit, gemeinschaftlich den Vater der katechetischen Theologie dieses Theils der evangelischen Kirche sich zu vergegenwärtigen.

Bonn, im Februar 1846.

Dr. Karl Heinrich Sack,
ord. Professor der Theologie an der Kön. Rhein. Friedrich-Wilhelms-Universität und Konsistorialrath.

Das vorstehende Werk, ein mäßiger Octavband, wird im Verlage des Unterzeichneten erscheinen und den resp. Subscribenten — welche ihre Bestellungen geneigtest bald anmelden wollen — zu dem Preise von einem halben Thaler geliefert werden.

Bonn, im Februar 1846.

Eduard Weber.

Unterzeichneter subscribirt hiermit auf den bei Weber in Bonn erscheinenden
Catechismus J. Monhemii ed. Sack.

Name.	Ort.	Datum.

Nova Act
Curiosc
Webe

Vol. XVIII
Suppl.
Suppl.
8 Thlr.

Beim S
zeichniss der
nach einer Re
Uebersicht der
seyn müsse.

Bei ein
es ein Bedürfn
einschlagenden

Aber d
noch zu einer
dass der Preis
bände werden
der 2ten Abth
nöthig) kaum
wahrscheinlich
andere grösser
aber durch di
und Seines
ben wird.

Da aber
wesentlich mit
Handlung im e
Instituts, von d
Ankauf und Ve
zahlreichen Mit
noch besonders
an als Subscri
ihnen bekannte
können.

Der Wu
Institute und d
und begüterter
Mitarbeitern, di
ders dann auf
Ländern, selbst
ein Verdienst u

deren Erscheinen und Fortbestehen
des Deutschen zu verläugnen, auf da
sitz der Grossen und Reichen ohne
Werk, wie dieses, gewiss als ein wese
würde. Wem fällt dabei nicht das a
verdient: „Wissenschaft giebt Macht"
entspricht auf die würdigste Weise
Früchte ihres Forschens bereitwillig

Möge es dem Unterzeichneten
derer der Wissenschaften und eines
so mässigen Preis, keine andere Nati
verehrten Theilnehmer namhaft mac

Es soll künftig Sorge
Bände ein vollständiges Ver
Ankauf unterstützen, erschei
Abtheilungen fortgeführt, z
zugleich Jeden in den Stand
Verhältnisse zu seinen Einkü

Bonn, im December 1844.

Vol. XVIII. Pars I. 1836. XVI und

Monographie der Gattung Tristoma, vo
lichen Haare und Zähne, von *B. C. Trinius*
lentin. — Ueber den Bau der sogenannten
Desmana Güldenst., Mygale moschata Cuv.)
langschwänziger Krebse von *Herm. v. Me*
durch einen vierzähligen Cidariten und du
fuscae. Exposuit *A. J. Corda*. — Helminto
talis. Composuit *G. A. Walker-Arnott*. —
addidit *Nees ab Esenbeck*. — Monographie
der Azollen von *F. J. F. Meyen*. — Beitrag z
Abhandlung über den Verlauf und die letzt
Sternwarte zu Jena. Der neuen Folge z
achtzehnten Bande.

Vol. XVIII. Pars

De floribus in statu fossili commentatio
wandte Arten, nach eignen Untersuchunge
der Cephalopoden bildend, von Prof. Dr.
pement des êtres organisés. Par *E. Jacq*
Gruppe der Marchantieen. Sendschreiben
mann. — Mikroskopische Beobachtungen vo
tungen von Dr. *J. L. C. Gravenhorst*. —
Index. — Meteorologisches Jahrbuch der G
Jahr 1835 von Dr. *L. Schrön*. Als Beilage

Vol. XVIII. Supplement

De Kraptzia, novo Myrtacearum gener
mum *C. A. Chr. H. Liberum Baronem de*
Graphitae illustrantibus, litterae. — *Nees*

öglich zu machen. Man darf hier, ohne den Patriotismus vorleuchtende Beispiel Englands hinweisen, wo kein Land-ollständige Bibliothek ist, und wo ein grossartiges nationales atlicher Bestandtheil jeder guten Bibliothek betrachtet werden lte Wort ein, das in unsern Tagen mehr als je Beherzigung ! — Solche edle Anerkennung und Förderung der Arbeiten dem Eifer und der Aufopferung der Gelehrten, welche die solchen Schriften zur Veröffentlichung übergeben.

vergönnt werden, recht Viele solcher wohlwollenden Beför-Werkes, wie es in diesem ausgezeichneten Verhältnisse, für n aufzuweisen hat, zum Abdruck in der nächsten Liste der en zu können.

getragen werden, dass mit einem der nächsten zeichniss derer, welche die *Nova Acta* durch ne, welches dann, in den folgenden Bänden oder m Ehrengedächtniss jener Gönner dienen und setzen wird, die Leistungen des Instituts im often richtig zu beurtheilen.

Eduard Weber.

---

543 Seiten, mit 40 zum Theil illum. Kupfer- und Steindrucktafeln.

C. M. Diesing. — Ueber das Wesen und die Bedeutung der mensch-. — Ueber den Verlauf und die letzten Enden der Nerven von *G. Va-* Moschusdrüsen (Afterdrüsen) des Wuychuchol (Sorex moschatus Pall., von *J. F. Brandt.* — Beiträge zu Eryon, einem Geschlechte fossiler *ger.* — Abweichung von der Fünfzahl bei Echnideen, nachgewiesen ch einen sechszähligen Galeriten von *Demselben.* — Anatomie Hydrae logische Beiträge von *C. M. Diesing.* — Pugillus plantarum Indiae orien-Excursus de Solano Wightii, quem Arnottii collegae observationibus der Ricceen von Dr. *J. B. W. Lindenberg.* — Beiträge zur Kenntniss ur Kenntniss der Laubknospen von *A. Henry.* — Nachtrag zu *G. Valentin's* en Enden der Nerven. — Meteorologisches Jahrbuch der Grossherzogl. weiter Jahrgang vom Jahr 1834 von Dr. *L. Schrön*, als Beilage zum

II. 1838. VIII und 258 Seiten, mit 17 Tafeln.

Scripsit *H. R. Göppert.* — Die Krätzmilben der Thiere und einige ver- beschrieben von *E. Hering.* — Cirroteuthis Mülleri, eine neue Gattung *schricht.* — Recherches anatomiques et physiologiques sur le dévelop-*emin.* — Anthocephalus, eine neue Gattung der Lebermoose aus der an den Herrn Präsidenten *Nees von Esenbeck*, von Dr. *J. G. C. Leh-* Dr. *F. Unger.* — Beiträge zur genauern Kenntniss einiger Eidechsengat-*Unger*, weitere Beobachtungen über die Samenthiere der Pflanzen. — rossherzogl. Sternwarte zu Jena. Der neuen Folge dritter Jahrgang vom zum neunzehnten Bande.

um I. 1841. XLVI und 301 Seiten, mit 33 Tafeln.

, disserit *Nees ab Esenbeck.* — *C. F. de Glocker*, ad virum illustrissi-*Kamptz*, de Graphite Moravico et de phaenomenis quibusdam, originem *ab Esenbeck*, adnotatio ad dissertationem *de Kamptzia.* — Mémoires

lichnéographiques, par
Balanophoreen von Dr.
den Bau der Balanopho
H. R. Goppert. — J.
ferae conformatione, a
spadicem contento. —

V

Die Cyklose des L
Mitglied der Akademie

Needhamia expuls
nische Geschöpfe begl
gewebe von *L. Thienen*
M. J. Schleiden. — Be
und *Th. Vogel.* — Bei
Erfahrungen über mehr
der Lernaeopoda stella
Hoeven. — Die verstei
einiger Antholysen vo
lentin. — Beiträge zur
Lophyirn von *L. Fintel*
kiefer, eine Hemmungs
zur Petrefactenkunde
Nordamerika, von *Ma*
dans les Actes de l'A
berti Dodonaei Pempta

Vol.

Ueber die Retina,
Nachträgliche Beobach
insbesondere der Legu
Flora der Quadersands
Fossile Pflanzenreste d
— Epistola de novo
scripsit *Fr. A. Guil. M*
— Ideen über die Ge
la respiration et sur l
maticité des oiseaux. –
Anatomie, von Dr. *He*
Beiknospen von *Aimé*
Beitrag zur Flora der
Göppert. — Ueber ei
Verwandlung der Lepi
schrieben von Dr. *F.*
renhorst und *H. Schol*
von *A. A. Berthold.* —
Fall einer Missgeburt,
— De Phalli impudici
rung aus dem thonige
schickten Bemerkungen

V

F. J. F. Meyenii o
demiae curis supletum.
Dieser Band sc
und Entdeckungen, wel

K. Preussischen Schiffe Luise gemacht
durch eine grosse Menge neuer Beob
Oahu, Chili und Peru, Rio de Janeiro

Vol. XIX. Supple

Praefatio. — Monographia gener
gische Untersuchungen über die Both
Heilung und Verhütung des Bandwu
weise durch Eier, welche sich ausser
genommen werden können.) — Mon
cognitarum genera et species illustran
und über den darin vorkommenden A
hender Abhandlung: Ueber die kalkfül
zwischen Kwassitz und Kremsier. Zu
Localitäten in dieser Gegend, von *Er*

Dieser Supplementband ist de
von Preussen und der Uebernahme
Programm enthält in der Einleitung vi
enger Beziehung steht.

Vol. XX. F

Beiträge zur Fauna Norwegens,
der niederen Seethiere, gemacht auf
hier vortrefflich geschildert und durch
gische Untersuchungen über Haplomitri
Gottsche. — Ueber einige fossile Inse

Vol. XX.

Ueber Haematococcus pluvialis, von
tische Beilagen von *Hugo v. Rothkirch*
über den scheinbaren Uebergang der
und die schwimmende lebendige Ortsb
dicirt.) — Disquisitiones recentiores d
— Ueber die Zunge als Geschmacksor

Mit diesem Bande werden au
eingetretene Ungleichartigkeit in Einkl
Der Umschlag zu diesen Titelblättern g

Bemerkung.

Der oben für Vol. XVIII. Suppl. II.
einzeln genommen kostet dieser Band 10 Th

hat. Er enthält den botanischen Theil und erweitert diese Wissenschaft
chtungen, welche auf folgenden Puncten gemacht wurden: China, Manilla,

nentum II. 1841. LVI und 334 Seiten, mit 14 Tafeln.

Lepidagathis. Scripsit *C. G. Nees ab Esenbeck.* — Anatomisch-physiolo-
ocephalen von Dr. *F. Eschricht.* (Höchst lehrreich und wichtig für die
ms durch die Entdeckung seiner Lebensperioden und seiner Fortpflanzungs-
alb des thierischen Körpers auf vielfache Weise verbreiten und wieder auf-
raphia Myrtacearum xerocarpicarum. Sect. I., Chamaelaucieárum huensque
Scripsit *J. C. Schauer.* — Ueber den Jurakalk von Kurowitz in Mähren,
tychus imbricatus, von *Ernst Friedrich Glocker.* — Anhang zu vorauste-
ende Sansteinformation auf beiden Seiten der mittlern March in der Gegend
Vergleichung des Sandsteins von Kurowitz mit den Sandsteinen anderer
st Friedrich Glocker.

Feier des Regierungsantritts Sr. Majestät des jetztregierenden Königs
des Allerhöchsten Protectorats der Akademie gewidme'. Das vorausgedruckte
Beherzigungswerthes und darunter gar Manches, was mit dieser Anzeige in

rs I. 1843. XII und 410 Seiten, mit 23 Tafeln.

n *Heinrich Rathke.* (Zahlreiche Entdeckungen, besonders auf dem Gebiete
ner mit Unterstützung des Preussischen Staats unternommenen Reise, werden
ausgezeichnete Kupferstiche anschaulich gemacht.) — Anatomisch-physiolo-
m Hookeri N. v. E., mit Vergleichung anderer Lebermoose, von Dr. *C. M.*
en aus Radoboj in Croatien, von *Toussaint von Charpentier.*

. II. 1844. XX und 345 Seiten, mit 14 Tafeln.

J. v. Flotow. (Hierbei Zusatz von *Nees v. Esenbeck* p. 566 und mathema-
und *Leopold Finger* p. 575 und 583.) (Eine umfangreiche Arbeit, welche
ntersten Thiere in Pflanzen, oder umgekehrt dieser in jene, Licht verbreitet,
wegung sowohl den vegetabilischen als den animalischen Organismen vin-
arteriis mammalium et avium, auctore *Ioanne Carolo Leopoldo Barkowio.*
an, von *Mayer.* — Index.

h mehrere deutsche Titel, durch welche die in einigen früheren Bänden
ng mit der ursprünglichen Zählung gebracht wird, gratis ausgegeben.
iebt darüber nähere Auskunft.

---

emerkte Preis gilt nur bei Abnahme einer Reihenfolge von Banden der Nova Acta
ller.